



A1

DB 312


Bibliothek  
des  
Bischöflich-Ermländischen  
Priesterseminars  
zu  
Braunsberg


Stand-Nr. 13234.....


Der Bibliothek der Staatl. Akademie zu  
Braunsberg zur Verwahrung übergeben.






























E - me nohuje



nr. un. D<sup>o</sup> VII 29



## DE ADMINISTRATIONE BAPTISMI.

**S**Acerdos administraturus Sacramentum Baptismi, duo imprimis curet. Primo ex parte sui, videat ut sit legitimus minister, non impeditus per aliquam censuram Ecclesiasticam & carens mortali peccato, sit præterea bene exercitus in casibus ad Sacramenta pertinentibus. Secundò ex parte eorum qui suscepturi sunt Sacramentum, dabitur opera ut præparentur ad consequendam gratiam Sacramenti: Debent autem Patrini esse Catholici, quasi membra Ecclesiæ, in elementis saltem fidei instructi, & non aliquo publico etimine infamati, hæretici & schismatici nullo pacto admittantur: sufficit vnus vel vna, vel vnus & vna simul, non verò plures, cæteri honoris causa adstare possunt, sed leuare puerum ex fonte non possunt: Patrini puerum tangendo contrahunt cognationē spālem.

### BENEDICTIO SALIS ad usum Baptismi.

**E**xorcizo te creatura salis in nomine Dei Pa<sup>+</sup>tris Omnipotentis, & in Charitate Domini nostri Iesu<sup>+</sup> Christi, & in virtute Spiritus<sup>+</sup> Sancti. Exorcizo te p<sup>+</sup> Deum<sup>+</sup> viuum, per Deum<sup>+</sup> verum, per Deum<sup>+</sup> Sanctum, qui te ad tutelam humano generi procreauit, & populo venienti ad credulitatem per seruos suos consecrari præcepit, ut in nomine Sanctæ Trinitatis efficiaris salutare ad effugandum

gandum inimicum. Proinde rogamus te Domine Deus noster, vt hanc creaturam salis sanctificando sancti ⁊ fices, benebenedicendo bene ⁊ dicas. & fiat omnibus accipientibus perfecta medicina permanens in visceribus eorum; in nomine Domini nostri Iesu Christi, qui venturus est iudicare viuos & mortuos, & seculum per ignem. *Resp.* Amen.

*BENEDICTIO AQVÆ PRO  
Baptismo, quando in necessitate  
ex fonte haberi non potest.*

**E**Xaudi nos omnipotens Deus, & in huius aquæ substantiam, tuam misce virtutem; vt abluendus per eam & sanitatem simul & vitam mereatur æternam. Per Christum Dominum nostrum. *Resp.* Amen.

**E**Xorcizo te creatura aquæ in nomine Dei Pa ⁊ tris Omnipotentis, & in Charitate Iesu ⁊ Christi filij eius, & Spiritus ⁊ Sancti. Exorcizo te omnis virtus aduersarij, omnis incurio Satanæ: & omne phantasma: eradicare & effugare ab hac creatura aquæ: vt fiat fons saliens

in

in vitam æternam: & qui ex ea baptizatus fuerit, fiat templum Dei viui, & Spiritus Sanctus habitat in eo, in remissionem omnium peccatorum.

**Postea pone Chrisma in aquam & dicas**

**F**œcundetur & sanctificetur iste fons oleo salutis & salutifero Chrysmate, in nomine Pa + tris, & fi + lij, & Spiritus + Sancti, Amen.

### **RITVS BAPTIZANDI VNVM**

*vel vnam, vel plures eiusdem,  
vel diuersi sexus.*

**N**Ota. Si plures sint masculi quam vnus, dicuntur orationes & Exorcismi pro masculis positi: Similiter si plures sint femellæ quam vna, dicuntur, orationes & Exorcismi pro femellis positi. Si verò sint diuersi sexus, dicuntur omnia quæ pro masculis dici solent. Numerus singularis tam suscipientis, quam diaboli quoties eorum venit mentio semper commutetur in pluralem. Ceremoniæ omnes quæ sunt per applicationem vt inflatio, crucis fronti & pectori impositio, benedicti salis impositio, linitio, debent sub

vna & communi verborum prolatione  
singulis ex ordine administrari. Com-  
munes orationes conueniunt omnibus.

Sacerdos ad baptizandū paratus dicat.

Verf. Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mini.

Resp. Qui fecit cælum & terram.

Deinde quærat an non sit bapuzatus  
ab obfetrice, vel aliquo alio dicens:

Lot. Nawayd tas bårns no bådemöder/  
ieb no citte kade kruztyts?

Pol. Dite testli iuz okreżone od baby/ abo  
od kogo innego?

Ger: Ist es vor nit getaufft von der Heb-  
ammen/ oder sonst von jemandes?

Postea quærat dicens

Lot. Ir tas puysyts/ ab meytin?

Pol. Czy test/ chlopiatko czy dzieiwczak?

Germ. Ists ein Knåblein/ oder Mågdes  
fein?

Dehinc inquirat e Patrinis de nomine  
infantis lingua ipfis nota dicens:

Lot. Ka bus to bårne dāmāt?

Euh. Omnes se latz ōppres ristmātā echē  
enne ristie?

Pol.

**Pol.** Jaki má byé imie temu dźtećeću?

**Ger.** Wie sol diß Kind heißen? †

**Cognito nomine insufflet in faciem  
infantis per modum S. Crucis dicens:**

**E** Xi immunde spiritus ab hac imagine  
Dei, & da locum aduenienti Spiritui  
Sancto, & da honorem Deo viuo & vero.

**Deinde faciat crucem pollice vel tri-  
bus digitis in fronte & pectore eius di-  
cens.**

**A** Ccipe signaculum Crucis tam in  
fron † te quam in pecto † re.

**Quod sequitur commune est masculis  
& fzminis mutato genere & numero si  
plures sunt.**

**Sume fidem cælestium præceptorum:  
Talis esto moribus, vt templum Dei iam  
esse possis, receptusq; in Ecclesiam Chri-  
sti, euasisse te laqueos Diaboli lætus a-  
gnosce: horresce idola: respue simulachra:  
cole Deum Patrem Omnipotentem, & Je-  
sum Christum filium eius, qui cum eodem  
Patre & Spiritu Sancto viuit, & regnat  
Deus per omnia secula seculorum **Resp.**  
Amen.**

**OREMVS Communis.**

**O**Mnipotens, sempiternus Deus, Pater Domini nostri Iesu Christi respicere dignare super hunc famulum tuum, quem ad rudimenta fidei vocare dignatus es: omnemque cæcitatem cordis ab eo expelle. Dirumpe omnes laqueos Satanae, quibus fuit alligatus. Aperi ei Domine ianuam pietatis tuae, ut signo sapientiae tuae imbutus, omnium cupiditatum factoribus careat, & ad suavem odorem præceptorum tuorum lætus in Ecclesia tua tibi deferuat, & proficiat de die in diem, ut idoneus efficiatur accedere ad gratiam baptismi tui, percepta medicina cælesti. Per Christum Dominum nostrum, **Resp.** Amen.

**Rursus interroget nomen pueri dicens**

**Lot.** **Eaklât to bârnewarde.**

**Eth.** **Wes latze nimi saâb? Resp. N.**

**Pol.** **Witencie dziecie.**

**Ger.** **Wennet das Kind.**

Et mittat parum de sale exorcizato duobus digitis in os eius, nomen eius exprimens & dicens,

**N. Ac-**

**N.** Accipe salem sapientiæ, vt Christus <sup>Sal</sup>  
fit tibi propitiatus in vitam æternam, **Resp.**  
**Ver.** Pax tecum **Resp.** & cum  
spiritu tuo.

### ORATIO *Communis*

**D**EUS patrum nostrorum, Deus vniuer-  
sæ conditor creaturæ, te suppliciter  
exoramus, vt hunc famulum tuum **N.**  
respicere digneris propitiatus, & hoc pri-  
mum pabulum salis gustantem, diutius e-  
surire non permittas, quo minus explea-  
tur cibo cælesti, quatenus sit semper spi-  
ritu feruens, spe gaudens, nomini tuo ser-  
uiens: & perduc eum ad nouæ regenera-  
tionis lauacrum, vt cum fidelibus tuis  
promissionum tuarum æterna præmia cõ-  
sequi mereatur. Per Christum Dominum  
nostrum, **Resp.** Amen.

### ORATIO *Pro Masculis.*

**D**EUS Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob  
Deus qui Moyse seruo tuo in monte Si-  
nai apparuisti, & filios Israel de terra Æ-  
gypti eduxisti, deputans eis Angelum  
pietatis tuæ, qui custodiret eos die ac  
nocte

nocte: Te quaesumus Domine, vt mittere digneris sanctum Angelum tuum qui similiter custodiat hunc seruum tuum **N.** & perduc eum ad gratiam baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum **Resp. A.**

### **ORATIO Pro Fœmellis.**

**D**eus cæli, Deus terræ Deus Angelorum, Deus Archangelorum, Deus Prophetarum, Deus Patriarcharum, Deus Apostolorum, Deus Martyrum, Deus Confessorum, Deus Virginum, Deus omnium bene viuentium, Deus cui omnis lingua confitetur, cælestium, terrestrium, & infernorum, te inuoco Domine super hanc famulam tuam **N.** vt digneris eam custodire & perducere ad gratiã baptismi tui. Per Christum Dominum nostrum. **Resp. Amen.**

### **REPULSIO DIABOLI Communis.**

**E**rgo maledicte Diabole recognosce sententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, & da honorem Iesu Christo filio eius, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc



hoc famulo Dei **N.** quia hunc sibi idem  
Deus & Dominus noster Iesus Christus ad  
suam sanctam gratiam & benedictionem,  
fontemq; baptismatis dono suo vocare  
dignatus est. **Hic faciat crucem pollice  
manus dextrae in fronte baptizandi & di-  
cat:** Et hoc signum sanctae Cru + cis  
quod nos fronti eius damus, tu maledi-  
ctae Diabolae nunquam audeas violare.  
Per eundem Christum Dominum nostrum  
**Resp. Amen.**

**PRO VNO MASCULO  
tantum.**

**A** Vdi maledictae Sathana adiuratus per  
nomen aeterni Dei, & Salvatoris no-  
stri Iesu Christi filij eius, cum tua victus  
invidia tremens gemenq; discede. Nil ti-  
bi commune sit cum hoc seruo Dei iam  
caelestia cogitante, & renunciaturo tibi,  
a seculo tuo, ac beatae immortalitati vi-  
cturo. Da igitur honorem aduenienti Spi-  
ritui Sancto, qui ex summa Dei arce de-  
scendens, exturbatis fraudibus tuis, Diui-  
no fonte purgatum peccus, id est, sanctifi-  
catum Deo templum, & habitaculum per-  
fici-

ficiat. Vt ab omnibus penitus noxijs  
præteritorum criminum liberatus hic ser-  
uus Dei **N.** gratias perenni Deo semper  
referat & benedicat. nomen eius sanctum  
in secula seculorum. **Resp.** Amen.

*ORATIO Pro Masculis pluribus  
solum: vel masculis & femellis simul.*

**D**Eus immortale præsidium omnium po-  
stulantium, liberatio supplicantium,  
pax rogantium, vita credentium, resurre-  
ctio mortuorum: te inuoco super hos fi-  
deles tuos **N.** & **N.** qui Baptismi tui do-  
num petentes æternam consequi gratiam  
spirituali regeneratione desiderant. Ac-  
cipe eos Domine, qui dignatus es dicere:  
Petite & accipietis, querite & inuenietis,  
pulsate & aperietur vobis. Petentibus i-  
taq; præmium porrige, & ianuam pande  
pulsantibus, vt æternam celestis lauacri  
benedictionem consequi promissa tui mu-  
neris regna percipiant. Per Christum Do-  
minum nostrum. **Resp.** Amen.

*ORATIO pro Fæmellis*

**D**Eus Abraham, Deus Isaac, Deus Ia-  
cob,

cob, Deus qui tribus Israel de Ægyptiaca seruitute liberaſti. Suſannam de falſo crimine eripuisti te ſupplices exoramus, vt liberet & hanc ſamulam tuam de po- teſtate Diaboli & perducere eam digneris ad gratiam baptiſmi tui. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

*REPULSIO DIABOLI  
communis.*

**F** Rgo maledicte Diabole recognosce ſententiam tuam, & da honorem Deo viuo & vero, da honorem Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritui Sancto, & recede ab hoc ſamulo Dei. **N** quia hunc ſibi idem Deus & Dominus noſter Ieſus Chriſtus ad ſuam ſanctam gratiam, & benedictionem, fontemq; baptiſmatis dono ſuo vocare dignatus eſt. *Hic iterum faciat crucem pollice manus dextre in fronte baptizandi & dicat:* Et hoc ſignum ſanctæ Cru- cis, quod nos fronti eius damus, tu maledicte Diabole nunquam audeas violare. Per eundem Chriſtum Dominum noſtrum *Reſp.* Amen.

*EXORCISMVS pro Masculis.*

*EXOR.*

**E**Xorcizo te immunde Spiritus in no-  
mine Pa **+** tris, & Fi **+** lij, & Spi-  
ritus **+** Sancti, vt exeas & recedas ab  
hoc famulo Dei **N.** ipse enim tibi impe-  
rat maledicte, damnate atq; dampnate,  
qui pedibus suis super mare ambulauit, &  
Petro mergenti dexteram porrexit Iesus  
Christus Dominus noster, qui venturus  
est iudicare viuos & mortuos, & seculum  
per ignem **Resp.** Amen.

### **EXORCISMVS pro Fœmellis.**

**E**Xorcizo te immunde spiritus per Pa-  
**+** trem, & Fi **+** lium, & Spiritum  
**+** Sanctum, vt exeas & recedas ab hac  
famula Dei **N.** Ipse enim tibi imperat  
maledicte, damnate, qui cæco nato ocu-  
los aperuit, & quadriduanum Lazarum de  
monumento suscitauit.

### **REPULSIO DIABOLI communis.**

**E**Rgo maledicte Diabole recognosce  
sententiam tuam, & da honorem Deo  
vivo & vero, da honorem Iesu Christo fi-  
lio eius, & Spiritui Sancto, & recede ab  
hoc famulo Dei **N.** quia hunc sibi idem  
Deus

Deus & Dominus noster Iesus Christus ad  
suam sanctam gratiam, & benedictionem,  
fontemq; baptismatis dono suo vocare  
dignatus est. **Hic rursus faciat Crucem  
pollice manus dextræ in fronte bapti-  
zandi & dicat:** Et hoc signum sanctæ  
cru + cis quod nos fronti eius damus,  
tu maledicte Diabole nunquam audeas  
violare. Per eundem Christum Dominum  
nostrum. **Resp.** Amen.

### **ORATIO communis.**

**Æ**ternam ac mitissimam pietatem tu-  
am deprecor Dñe sancte pater omni-  
potens, æterne Deus, luminis ac verita-  
tis author, super hunc famulum tuum, vt  
digneris eum illuminare lumine intelli-  
gentiæ tuæ. Munda eum & sanctifica, &  
da ei scientiam veram, vt dignus efficiat-  
ur accedere ad gratiam baptismi tui: Te-  
neat firmam spem, consilium rectum, do-  
ctrinam sanctam, vt aptus sit ad percipi-  
endam gratiam baptismi. Per Dominum  
nostrum Iesum Christum filium tuum, qui  
tecum viuit & regnat in vnitæte Spiritus  
Sancti Deus per omnia secula seculorum.  
**Resp.** Amen. **Ver.**

**Ver.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

**Ver.** sequentia S. Euangelij secundum  
Matthæum.

**Resp.** Gloria tibi Domine.

Hoc dicto faciat crucem in fronte, ore,  
& pectore pueri, ponatq; Stolam super  
pectus eius dicens: In illo tempore. Ob-  
lati sunt Iesu paruuli, vt manus illis impo-  
neret, & oraret. Discipuli autem incre-  
pabant eos. Iesus vero ait illis: Sinite  
paruulos, & nolite prohibere eos ad me  
venire; talium enim est regnum cęlorum.  
Hic remota Stola imponat manum supra  
caput pueri dicens: Et cum imposuisset  
manus illis, abiit inde. Hic moneat at-  
stantes vt orent tecum pro incolumitate  
spirituali & corporali baptizandi, & ver-  
sus altare genuflexi dicant. Pater noster.  
A ue Maria. Credo.

### **EXORCISMVS communis.**

**N** Ec te lateat Satana imminere tibi pę-  
nas, imminere tibi tormenta, immi-  
nere tibi diem iudicij; diem supplicij,  
sempiterni, diem qui venturus est sicut  
clibanus ardens, in quo tibi, atq; vniuer-

fis Angelis tuis æternus superueniet interitus. Proinde damnate, atq; damnande, da honorem Deo uiuo & uero, da honorem Iesu Christo filio eius, & Spiritui Sancto; in cuius nomine & uirtute præcipio tibi, quicumq; es spiritus immunde, ut excas, & recedas ab hoc famulo Dei. **N.** quem hodie idem Deus & Dominus noster Iesus Christus ad suam sanctam gratiam, & benedictionem fontemq; baptismatis dono Spiritus Sancti uocare dignatus est, ut fiat ei templum, per aquam regenerationis in remissionem omnium peccatorum. In nomine eiusdem Domini nostri Iesu Christi, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos, & seculum per ignem. **Resp. Amen.**

**Hic accipiat parum terræ in uolam sinistrae manus eamq; commisceat cum sputo suo & intingat pollicem dexterae manus, tangatq; dexteram Auriculam infantis in modum crucis dicens. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti + Epheta, quod est, adaperire. Deinde tangat nares & iubiungat. In odorem suauitatis. + Mox sinistram autem tangens dicat: Tu autem effugare + Diabole; Appropinquat enim iudicium Dei, B**

Posthæc aspergat puerum cum Patri-  
nis aqua benedicta, & porrecta extrema  
parte Stolæ in manum tenentis puerum  
inducat eum in Ecclesiam dicendo. In-  
gredere in Ecclesiam Dei, vt merearis  
computari inter filios Dei. In nomine Pa-  
tris, & Filij, & Spiritus Sancti. **Resp. A.**

**Sacerdos** præparato oïco Catech-  
menorum & Chrismate, simul aqua cum  
sale ad ista abluenda, statuat obueros si-  
bi ad fontem Patrinus versus occidentem  
& interroget illos. Quod si adultus ba-  
ptizetur ipse pro se in omnibus respõdeat:

**Lot.** Orbbâe ius to bârneyz  
Prustybe niempe?

**Eth.** Tahat teiye se latse (neine  
laste) rist—iſâ niak emâ  
olla?

**Pol.** Chcecie to dztecie ze  
Chrystu podnzesce

**Ger.** Wolt ihr das Kind auß  
der Lauffe heben?

**Resp. Patini**  
Wâs  
gribo  
bam.  
Zu  
mala  
nimel  
Chce  
my.  
Ja:

**Sacerdos.**

**Lot.** Sappâe bârney wârde

**Eth.** Bettelge latze (laste) ni-  
mi?

**Resp. N.**

**Pol.**



Pol. Wtencie dztecie.  
4Ger. Nennet das Kind.

Ref. N.

Et mox reprensus idiplum nomen inter-  
roget Sacerdos ipsum puerum.

Lot. N. Ayzledz tu tam walsnam  
Vnd wyssse winie gresnyb?  
Vnd wyssse winie darbës?

ERH. N. Salgat sina ( teiye )  
erâ kurratyt?

Nink kik temâ perkust?

Nink kik temâ teo?

Pol. N. Drzekasz sie ducha  
zlego?

I w helk iey pychy tego?

I w hylk ich spraw tego?

Ger. N. Wiedersagstu dem  
Teuffel? Vnd aller seiner  
Hoffart? Vnd allen seinen  
wercken?

Respon. Patini.

Es  
ayz  
ledz.  
Sal  
ga /  
vel  
salga  
me.  
Dr  
drzes  
kam.  
Ich  
wider  
sage.

*Sacerdos.*

Lot. Sakkât bärnewarde.

Eth. Wtielge latze nimit.

Pol. Wtencie dztecie.

Ref. Patri: N.

Germ. Nennet das Kind.

Tunc interroget ac nac baptizandi  
dicens.

B 2

Lot.

**Lot. N.** Tyc tu ekhan Deweto Tawe  
wysswalditae/ radditae debbes vnd  
;nmes? **Resp.** Es tyc.

**Sac.** Tyc tu aridzan ekhan Jesum Chri-  
stum wintam menigam Däiam mu-  
sam Kungam/katters cilwäks rappis  
ir/cetis/nomyrris/ vnd no tems myr-  
ronems aukhan cäles ir? **Resp.** Es  
tyc.

**Sac.** Tyc tu aridzan ekhan to Swäte  
Garre/ wene swäte wyssedroudzyge/  
Krustyte Baznyc/ wene droudzybe-  
tas Swätes/ pammäßen tas grätes/  
vnd wene muztge dzygoßen? **Resp.**  
Es tyc.

**Eth. N.** Usut fina Jumala Isä sisse/  
Eike wäggemmä taiwa nink maä  
loöya? **Resp.** Usu vel Usume.

**Sac. N.** Usut fina (teye) kaäs Jesusse  
Christusse sisse/ temä ayno Pöya/  
meye Isändä/ kaä om intimine sanu/  
kannatanu/ erä kōdlnu/ nink surmast  
pälle ülesteusnu. **Resp.** Usu/ vel  
Usume.

**Sac. N.** Usut fina (teye) kaäs Pü ä  
waimu sisse/ Pühä Catolische Kerikut/  
Pühäde üttendust Pattu andis and-  
myst.

miſi Lyba ūles teufemift/ninſe iggāweſ  
ello **Reſp.** Uſu vel Uſume.

**Pol. N.** Wierzyſz w Boga Dycā w ſzech-  
mogacego ſiworzyciela nieba y ziemię  
**Reſp.** wierze.

**Sac.** Wierzyſz y w Jeſusa Chryſtusa ſyna  
iego iednego/pana naſzego/ktory ſtal  
ſie czlowiekem/ vmeczon/ vmarl/y  
zmartwych w ſtal: **Reſp.** wierze.

**Sac.** Wierzyſz teſ w Duchu ſwietego/  
ſwiety Koſciol powſzechny ſwietych  
obcowanie/ grzechow odpufczenie/  
ciała zmartwych uſtanie/ y zymot  
wieczny: **Reſp.** wierze.

**Ger.** Glaubſtu in Gott de Vater Allmecht-  
igen Schöpffer Himmels vnd der  
Erden. **Reſp.** Ich glaube.

**Sac.** Glaubſtu auch in Jeſum Chriſtum  
ſeinen einigen Sohn/ vnſern Herren/  
der Menſch worden/ gelitten/ vnd ge-  
ſtorben/ vnd von den todten iſi außers  
ſtanden: **Reſp.** Ich glaube.

**Sac.** Glaubſtu auch in den Heiligen Geiſt/  
eine heilige Allgemeine Chriſtliche Kir-  
che/ die Gemeinſchafft der Heiligen/  
vergebung der Sünden/aufferſtehung  
deſ Jaiſches / vnd ein ewiges Leben?

**Reſp.** Ich glaube.

**Sic**

Sic finita Catechesi intingat indicem  
manus dextræ in Oleum Catechumeno-  
rum & liniat pedus baptizandi in formã  
crucis dicens. *Indiam in oby Capet. pag.*

**E** Go te linio Oleo +salutis. Et mox  
puero prono subiiciens manum suam  
sinistram, faciat aliam Crucem eodem O-  
leo inter scapulas subiungendo: **In Chri-**  
**sto + Iesu Domino nostro-**

Iterum de nomine pueri interroget  
dicens.

Lot. **Salkát to bärne** }  
**warde.** }

Eth **Witelge lase** } **Resp. Patrini N.**  
**nimi.** }

Pol. **Wtencie dziecie.** }

4Ger. **Nennet dz Kind.** }

**Et statim interroget eum Sacerdos.**

Lot. N. **Grib tu Krustyts capet?** } **Es grib.**

Eth. N. **Zahat sina ristitus** } **Zumala**  
**saiya?** } **nimel**

Pol. N. **Chees bydz otrzyzon?** } **Res. Chec**

4Ger. N. **Wiltu getauffte werden?** } **Ich wil.**

Tunc supposita puero sinistra manu  
dextra de fonte aquam hauriat, & fundat  
super caput pueri in manibus Patrinatorum  
positi tribus vicibus, dicens.

**N.** Ego te baptizo, in nomine Pa<sup>+</sup>tris  
& Fi<sup>+</sup>lij, & Spiritus <sup>+</sup> Sancti.  
Amen. Pax tecum, **Resp.** Et cum Spiritu  
tuo,

Tunc Sacerdos, pollice in sacrum  
Chryisma intincto in vertice pueri faci-  
at crucem dicens: *poll. in chrys. vertice*

### OREMVS.

**D**eus omnipotens Pater Domini nostri  
Iesu Christi, qui te regenerauit ex a-  
qua & Spiritu Sancti quiq; dedit tibi re-  
missionem omnium peccatorum. **Hic in-**  
**ungat in modum crucis verticem pueri**  
**dicens** Ipse te liniat Chryisma <sup>+</sup> te sa-  
lutis in eodem Christo Iesu Domino no-  
stro in vitam æternam, Amen.

Imponat caputium super caput pu-  
eri dicens.

**A**ccipe vestem candidam, sanctam, &  
immaculatam, quam perferas ante  
tribunal Christi, vt habeas vitam æter-  
nam. Amen. Pax tecum. **Resp.** Et cum  
spiritu tuo.

Tunc Patrinus vel Matrina tenens, le-  
uet à fonte puerum: alter vero si adest e-  
undem

undem tunc tangat. Hoc enim signo con-  
trahitur cognatio spiritualis, de qua mo-  
neantur his verbis.

### *Lotharicè.*

**I** Vms Kùmems es pesat vnd zynnem  
dôm ka ius cour to Krustyb / ar ho bäre  
ne/vnd ar winie Tawe vnd Wâte garrige  
radde vnd drouge esset tappuzvnd aridzan  
ia tam Târos vnd Wâte leccas cour to lay  
fige nâwe no Hennens skyrrot / tad bus  
tums ho iuse Krustebârn. ( tye doudz ka  
tus warrât ) pamâcyt eßhan to ysten Krus  
style Tyceybe / vnd wene godig. Krustyte  
dzygohen turrât. Bette ette / Kattre hâ  
tay Swâte Krustybe par gode elât stâwe  
tus ir/te no to pârrede bus bryw vnd swab  
hadde.

### *Esthonicè.*

**I** Jedâ olgu tessle waderille / et teiye oles  
te sanu vdmuze selle lazele (neie latzi  
le) nink se laze ( neine laste ) Isâle nink  
emâle. Pâle se / peâte oppema sedâ last  
( neid latzi ) pateri luggema / Zumulat  
tundma/nink tunnistama et se latz ristie om  
(ne


ne laze ristiitu omma ) kui wanamba Jus  
mal eräwettap.

*Polonicè.*

**B**ominam was o zwiastku powinno  
wacwa duchowne / k toregoscie z tym  
duchownym synem swym y ziego rodzicami  
nabyli. Takze o powinności waszy : gdzie  
by na cielesnych rodzicach zeszlo / aby ten  
Przesny syn / slaraniem waszym / albo tednes  
go zwas / w wierze powszeczhney / y pobożnos  
ci Chrześcianskiej byl wychwiczony. Inse  
persony ktore tu przy tym dla nadozrensta  
wa albo bezciwosci staly / zostawata od tych  
powinności wolne.

*Germanice.*

**E**ch ermane euch wegen der verbindnuß  
der geistlichen Freundschaft / welche ges  
schehen ist jezunder zwischen euch / ewren  
geistlichen Sohn ( Tochter ) vnd seinen  
Eltern : auch wegen des Amptshalben / welo  
ches ihr schuldig zu thun seyt : Das so die  
Eltern mit Tod abgiengen / das ihr diesen  
ewren geistlichen Sohn ( Tochter ) ( so vil  
es euch möglich ist ) unterrichtet im Christa



lichen Glauben / so wol auch in anderen  
Christlichen Tugenden: Die andern aber  
welche alhie auß andacht / oder zu ehren der  
heiligen Tauffe beystehen / werden solcher  
pflicht frey vnd ledig sein.

*Deinde Sacerdos candelam accensam  
porrigens in manu pueri, Patrino eam te-  
nente dicat.*

**A** Ccipe lampadem ardentem, & irre-  
prehensibilem, custodi baptismum tu-  
um, serua mandata Dei, vt cum Dominus  
venerit ad nuptias possis ei occurrere v-  
na cum omnibus Sanctis in aula czlesti,  
habeasq; vitam æternam, & viuas in se-  
cula seculorum. Amen. Vade in pace, fi-  
des tua te saluum fecit.

*Annus & dies baptismi nomen bap-  
tizati & parentum eius, loci, Patrinatorum,  
in libro inscribantur.*

### *INFIRMI PVERI BREVI- or Baptismus.*

**S** I debilis est infans, ita vt timeatur ne  
inter baptizandum moriatur, Sac-  
dos cum breuiter sic baptizabit. Primum  
queret de nomine puero imponēdo dein-  
insufflans in faciem eius dicat. **Exi im-  
mun-**



munde spiritus &c. Deinde faciat crucē  
in fronte & pectore eius & dicat: Accipe  
signaculum crucis tam &c. Et addat Su-  
me fidem cælestium præceptorum &c.  
Postea subiungat orationem sequentem.

Omnipotens sempiterne Deus Pater Do-  
mini nostri Iesu Christe &c. *Qua finita in-  
terroget puerum vocans eum nomine suo  
sicut supra apud fontem:*

Ger. N. *Widersagstu dem Teuffel. &c. vt  
supra: & pergat vsq; ad finem prout ab  
hoc præfato loco sequitur. Pucro bapti-  
zato iniungat assistantibus vt orent* Pater  
noster. Ave Maria Credo.

## MODUS COPVLAN- DI MATRIMONIO.

Sacerdos indutus superpellicio & Sto-  
la ascendat super infimum gradum al-  
taris, statuat Sponsum ad dexteram suam,  
& Sponsam ad sinistram nomina eorum  
cognoscat, dicens.

Lot. *Ras touws wards?*  
Esth. *Wes sino nimi om?*  
Pol. *Takie twote imie?*  
Ger. *Wie heist dein Nam?*

Postea dicat.

Resp. N.



**Ver.** Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mini.

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

**Quærat primò ex Sponso dicens :**

*Lothawicè*

**N.** Ir tas aridzan touws ystens / brywe /  
nâpespests prats / vnd touwe papretse  
lab abdomate gribbâßen / so **N.** Kattru tu  
pretshan touwems accems rädz / par touwe  
toulate sewe bzniempt: **Res.** Ja.

**N.** Es tu aridzan-wenam cittam touwe  
loulybe-folyß : **Resp.** Nâ.

**Deinde Sponsam interroget.**

**N.** Ir tas aridzan touws ystens / brywe /  
nâpespests prats / vnd touwe papretse lab  
abdomate gribbâßen / so **N.** Kattru tu pret  
shan touwems accems rädz / par touwe lou  
late wyre bzniempt: **Resp.** Ja.

*Esthonicè.*

**Isdem verbis virum & feminam  
alloquatur.**

**N.** Tahafina oma hää miele—ga/nint  
Pindmä, i sâamest / sedâ **N.** Kiedâ sin  
ndet hennese cên wetta omas hêtiges abilas  
sas : **Resp.** Jumala nimel.

**N.** Sas

**N.** Kas sına enne teisele miehele (naissele)  
olet teotanu oma abielo? **Resp.** Is teora.

### *Polonice Sponsum appelles.*

**N.** Mas dobra á nte przymuřona wola  
y postanowiony bmysl/te **N.** Ktor  
ra tu przed soba widzisz/ za małżonka sobie  
potiac? **Resp.** Mam.

**N.** Nie ślubowalzes ktorey inřey/ wiary  
małżenskiej. **Resp.** Nie ślubowalem.

### *Deinde Sponsam interroget:*

**Sic.** Także ty. **N.** mas też dobra á nte  
przymuřona wola/iego **N.** Ktorego przed  
soba widzisz małżonka sobie potać? **Resp.**  
Mam.

**N.** Nie ślubowalazes/ komu innemu wi  
ary małżenskiej **Resp.** Nie ślubowala.

### *Germanice.*

**N.** Ist es nun dein freyer/ bngedrungener  
oder bngenöttigter wille/ bnd deine wol  
bedachte meinung/ diese **N** hie gegenwers  
tige für deine Ehlichs Weib anzunehmen,  
**Resp.** Ja.

**N.** Hastu auch einem anderen deine Ehlichs  
the Treu zugesagt? **Resp.** Nein.

**Dein**

**Deinde Sponsam interroget.**

**N.** Ist es auch dein vngedrungner oder vngenödigter wille/ vnd deine wolbedachte meinunge diesen **N.** hie gegenwertig für deinen **Eelichen Man** anzunemen? **Res. Ja**

**Vtroq; illud afirante, hoc vero negante, dicat Sacerdos.**

**A** Vgeat in vobis Deus gratiam suam, & quod dicitis ore, opere impleatis. per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Accipiat annulos Sponsorum, & tenendo eos simul benedicat sic.**

**Oremus.**

**C** Reator & conseruator humani generis, largitorq; gratiæ Spiritualis bene + dicere digneris hos annulos, vt qui eos accepturi sunt, gratia tua & Spiritu Sancto repleantur. Per Christum Dominum nostrum **Recip. Amen.**

**Deinde imponat anulum Sponsæ in dexteram manum Sponsi, in digito annulari dicens: Annulo suo subarrauit me Dominus Iesus Christus, & tanquam Sponsam decorauit me corona. Similiter anulum**

nulum Sponsi imponat in dextram Spon-  
sa manum in digito annulari, dicens: An-  
nulo suo subarravit me Dominus Iesus  
Christus, & tanquam Sponsam dēcora-  
vit me Corona.

Iubeat illos iungere dexteras, quas  
Sacerdos extremitate Stolz obvoluat &  
verba sequentia singulos eorum post se  
integre dicere.

*Lothanice.*

**E S N.** niem teuw **N.** man par wene lou-  
late sewe/ bnd soly teuw maylybe/ bzyne  
cyb/ bnd godyb teuw aridjan nā pallayst/  
elam mums ta nawe styrre/ tyt tefam la  
man Dewš pallydž/ bnd wyffe winte mylie  
Ewāte.

*Similiter & Sponsam his verbis.*

**E S N.** niem teuw **N.** mannim par we-  
ne loulate wyre bnd soly teuw mylyb/ bzy-  
tyccyb godyb bñ parlousihen/ teuw aridjan  
nā pallayst / elam mums ta nawe styrre/  
tyt tefam la man Dewš pallydže/ bñ wyffe  
winte mylie Ewāte.

*Estonice.*

**M** Ina **N.** wetta sinno **N.** hennete omas  
heiges nint laulatetus abinaises **Mina**

teota sinno armata/ auruſta/ ninſ ūz heige  
abielo ſino—ga piđdāđā. Eyka taħa mina/  
ſinno maħa yāttā amaſ ſurmani It heige  
te/ olgu Zumal Iſānd mino wāeſe henge  
man/ Pulmina ſedā ſōāmeſt ſulle teota.

*Sic Sponsam.*

**M** **I**nan. wetta ſinno **N.** Omas heige  
ges ninſ laulatetus abi miehes: Weina  
teota ſinno armata / auruſta / ſino ſena  
wetta/ ninſ ūz heige abielo ſino—ga piđdā  
đā. Ey—ka taħa mina ſino maħa yāttā  
amaſ ſurmani. It heigete olgu Zumal  
Iſānd mino wāeſe henge man/ Pulmina  
ſedā ſōāmeſt ſulle teota.

*Polonice.*

**J** **A** **N.** biore ſobie ciebie **N.** ja małżonke  
y ſlubuieć miłość/ wiara/ y bezczność  
małżeńſtwa: a yz cie nte opuſzcze a z do ſmierci.  
Tak mi pomoz panie Boze wſzech  
mogacy/ w Troycy iediny/ y wſzyſcy  
ſwteci.

*similiter & Sponsam his uerbis.*

**J** **A** **N.** biore ſobie ciebie **N.** ja małżonke  
Ja: y ſlubuieć miłość/ wiara/ bezczność/ y  
po

poslußenstwo mażenskie: a yż tis nie opus  
beze az do smierci. Tak mi pomoz Panie  
Boze w hechmogacy/ w Troycy/ iedynty/  
y w byscy swieci.

### *Germanice.*

**J** E H N. neme dich N. mir zum Ehe-  
lichen Weib/ vñ gelobe dir/ Liebe/ Treu/  
vnd Ehre/ dich auch nicht zuuerlassen/ biß  
das uns der Tod scheidet / so war als mir  
Gott helffe/ vnd alle seine liebe Heiligen.

#### *Similiter & Sponsam his verbis.*

**J** e h. N. neme dich N. mir zum Ehe-  
lichen Manne/ vnd gelobe dir/ Liebe/ Treu/  
Ehre/ vnd gebürlichen gehorsam/ dich auch  
nit zuuerlassen/ biß das uns der Tod schei-  
det/ so war als mir Gott helffe vnd alle sei-  
ne liebe Heiligen.

*His peractis alloquatur astantes Sa-  
cerdos his vel similibus verbis dicens.*

### *Lothauice.*

**J** Es mylte drouge wyffe d'ose par hem  
wardems lecyb/ la tas watag bus/ prefa  
han Dewe/ vnd preffhan passoules. Vnd

Ⓞ

es

es ka wens Deme kalps dom ius dywmes  
ciltwetes et han laulyb kopan.

*Esthonicæ.*

**A** Kmas litg—rhawas: sedã peate tunnto  
stama Jumala cên nink rikcama cên  
meät cine teiseleteotanu om. Nink minä  
kui üh Jumala sulane / anna teid kollo-se  
abielo sisse.

*Polonicæ.*

**W** As / Ktorzy sie temu przysluchacie bto  
re na swiadectwo tesli zeby tego kiedy  
bylo potrzeba / abyście tego dobrowolnym  
tege małzenstwa skonczentiu wydali. A ja  
niedostoiny sluga Bozy złączam was w to  
swete małzenstwo.

*Germanicæ.*

**D** Ich werdet ihr lieben Herren und Fra  
wen bezeugen / wo es donnöhten thun  
würde vor Gott und der Welt. Und ich  
als ein unwirdiger Diener Gottes / gebe  
euch zwo personen Ehelichen zusammen.

*Et subiungat.*

**Q** Vos ergo Deus coniunxit hominon  
separet. Et ideo Matrimonium inter  
vos contractum ratifico & benedico: In



nomine Pa + tris, & Fi + lij & Spiritus + Sancti. Amen.

Postea sublata Stola iubeat eos flectere & dicat.

### OREMVS.

**Q**uæsumus Omnipotens Deus instituta providentiæ tuæ pio favore proficere, ut quos legitima societate connectis, longæua pace custodias. Per Christum Dominum nostrum. Amen. *Ms. Jh. die 24. 127.*

Et benedictio Dei Omnipotentis Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti descendat super vos & maneat semper. Amen. Crescite in Domino, & multiplicamini, & replete terram, ut mereamini vitam æternam, Amen.

Nomina Sponsorum: Testium: annus: & dies notetur.

### PRO FUGANDA STERILITATE.

**Ver.** Adiutorium nostrum in nomine Domini.

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

Postea dicatur Canticum Annæ: Exultavit cor meum in Domino &c. Ex laudibus ser. 4.

**Quo finito dicat. Kyrie eleison. Chriſte  
eleison.**

**Kyrie eleison. Pat. noſter. Ave Maria & c.**

**Ver. Saluam fac ancillam tuam.**

**Reſp. Deus meus ſperantem in te.**

**Ver. Sint filij tui ſicut nouellæ oliuarum**

**Reſp. In circuitu menſæ tuæ.**

**Ver. Domine exaudi orationem meam.**

**Reſp. Et clamor meus ad te veniat.**

**Ver. Dominus vobiscum.**

**Reſp. Et cum ſpiritu tuo.**

### **OREMVS.**

**D**Eus qui emortuam vuluam Saræ ita  
per Abrahæ ſemen fecundare digna-  
tus es, vt ei contra ſpem ſobolis filius naſ-  
ceretur, præſta famulæ tuæ N. pro ſua  
ſterilitate deprecanti, vt marorẽ fecun-  
ditatis ab ea ſubmoueas, & ad concipiẽ-  
dam ſobolem & fecunditatem tribuas, &  
filium, quem donaueris, clementer bene-  
dicas. Per Chriſtum Dominum noſtrum. A.

### **OREMVS.**

**M**aeſtatis tuæ clementiam Deus Pater  
omnipotens ſuppliciter exoramus,

vt preces nostras pro sterilitate famulæ  
tuæ. **N.** benignus assumas, & ei prolem  
tibi & hominibus gratiosam concedere  
digneris. Per Christum Dominum no-  
strum. Amen.

Vade in pace, & Deus Israel det tibi pe-  
titionem tuam, quam rogasti cum,

Post hæc aspergat eam aqua benedicta  
& doceat, vt quando potest, dicat, vel  
dici faciat Psalmum Beati omnes qui ti-  
ment Dominum. Pater nost. Ave Maria  
Credo. Et vt honestè cum viro suo vi-  
uat & pudice actum matrimonialem ex-  
erceat.

## MODVS INTRO- DUCENDI MULIERES post partum

**S**acerdos superpellicio & Stola indu-  
tus genua flectens ad pedem altaris,  
vel in alio loco competenti dicat.

Ver. Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mine.

Resp. Qui fecit cælum & terram.

Postea dicat Psalmum Deus misereatur  
nostri, & benedicat nobis &c. vsq; ad fi-  
nem.

**Mem.** Quo finito dicat. Kyrie elei. Chriſte  
elei: Kyrie elei: Pat: noſt. Ave Maria **Sur-**  
**gens** ea ad fores templi dicens: Et ne  
nos inducas in tentationem. **Reſp.** Sed  
libera nos à malo.

**Ver** Domine exaudi orationem meam.

**Reſp:** Et clamor meus ad te veniat.

**Fleſcat ipſa.**

### **OREMVS.**

**O**mnipotens ſempiternæ Deus, Maie-  
ſtatem tuam ſuppliciter exoramꝰ, vt  
ſicut vnigenitus tuus cum noſtra carnalis  
ſubſtantia eſt in templo præſentatus; ita  
facias hanc famulam tuam, cum prole ſua  
purificatis tibi mentibus præſentari, per  
eundem Chriſtum Dominum noſtrum.

**Reſp.** Amen.

**Alpergat eam aqua benediſta dicens:**  
Per aquæ huius benediſtæ aſperſionem,  
det tibi Dñs gratiam & benediſtionem.

**Deinde data ei in dexteram manum  
extremitate Stolæ inducat eam in Eccle-  
ſiam dicendo.**

**I**ngredere famula Domini in templum  
Dci, & adora filium Virginis qui tibi

con-

contulit fecunditatem prolis, vt habeas  
vitam æternam. In nomine Patris, & Fi-  
lij, & Spiritus Sancti. Amen.

## MODUS COMMUNI- CANDI INFIRMVM.

**S**acerdos delaturus Eucharistiam ad in-  
firmum, induat se superpellicio & Sto-  
la, & in pixidem reponat duas hostias v-  
nam pro infirmo alteram pro reditu, nisi  
magna distātia loci esset, & tunc vna suf-  
ficat, ac sine vllō apparatu externo, præ-  
ter Stolum. Ingressus cubiculum infirmi  
dicat. Pax huic domui. Resp. Et Omni-  
bus habitantibus in ea. Et deposita su-  
per mensam honestè stratam Eucharistia,  
aspergat infirmum aqua benedicta di-  
cens: Asperges me Dñe &c. Postea dicat:  
Ver. Saluum (saluam) fac seruum tuum  
(ancillam tuam)

Resp. Deus meus sperantem in te.

Ver. Mitte ei Domine auxilium de sancto

Resp. Et de Sion tuere illum, (illam)

Ver. Nihil proficiat inimicus in eo.

Resp. Et Filius iniquitatis non apponat  
nocere ei.

**Ver.** Ego ei Domine turris fortitudinis.

**Resp.** A facie inimici.

**Ver.** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver.** Dominus vobiscum

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

## OREMVS.

**O**mnipotens & misericors Deus, quæsumus immensam pietatem tuam, vt ad introitum humilitatis nostræ famulum tuum (famulam tuam) **N** in hoc habitaculo egrotantem salutiferè visitare digneris sicut visitasti Tobiam & Saram, socrum Petri, & seruum Centurionis: vt sanitate animæ & corporis, per tuam visitationem recepta, gratiarum tibi actionem in Ecclesia referat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Deinde audiat confessionem infirmi, (nisi eam antea audierit) quæ finita, oretur Pat. nost. Aue Maria Credo, tandem dicatur Confiteor, & sacram Eucharistiam ei porrigat, modo quo sequitur.

**E**xurgat Deus & dissipentur inimici eius, & fugiant, qui oderunt eum a facie eius. Iusti autem epulentur & exultent

tent in conspectu Dei , & delectentur in  
læticia.

*Deinde alloquatur infirmum.*

*Lorhaucice.*

**E** Ye tu aridzan ka appatß so zyme te  
Christus Dewe Däls / cas passoules  
pestitayß / vnd ta mayze cas muziges dzy  
gohennes: *Resp. Es tyc.*

*Saz man päc / vnd sitte pe touwe kruec.*

**D** Kunx Jesu Christe / es nä äsme cenix ka  
tu appatß manne lumpyte nat / bet saz  
ar wene warde / tad bus manna dwäsel  
wässel.

*Esthonicc.*

**R** As fina bsue / et se tähe all / om Isänd  
Christus / heige Jumala Poig / se ilma  
erä—lunastaya / nink se elo—andya leib:  
*Resp. Mina bsu.*

*Dele mino perrä / nink löö oma ritna päte.*

**D** Isänd Jesus Christus / mina ey ole ni  
auwus / et fina tules mino kattuße alla  
änne ätle üh sena sis saab terwes mino  
heng. Sino läe sisse / nink sino hole sisse /  
anna mina oma hengge: fina olet miñu erä  
lunastanu / heigge Jumal nink inimine.

*Polonice.*

**W**ierzysz że pod ta osoba test Christus  
syn Boży / zbawiciel świata / y po-  
słannik ożywiający : *Resp.* wierzę.

*Mówię ja mna błog. sie wpterf.*

**P**anie Jesu Chryste / nie testem godziem /  
godna tzebis wszedł do przybytku mego :  
ale tylko rzekni słowem / a będzie zbawiona  
duša moja.

*Germanice.*

**G**laubstu auch das vnter dieser gestalt  
sey Christus der Sohn G Ottes / der  
Seligmacher der Welt / vnd das lebende  
machende Brot : *Resp.* Ich glaube

*Sprich mir nach vnd schlage an deine  
Brust.*

**H**err Jesu Chryste / ich bin nicht würdig  
das du eingehst vnter mein Tack / son-  
dern sprich mit einem wort / so wirdt meine  
Seel gesund.

*Deinde communicet infirmum di-  
cendo.*

**C**Orpus & Sanguis Domini nostri Iesu  
Christi custodiat animam tuam in vi-  
tam æternam. Amen.

Repo-



**Reponens S. Eucharistiam in pixidem  
dicat.**

O sacrum conuiuium, in quo Christus sumitur, &c.

**Deinde super infirmum dicat.**

Dominus vobiscum. **Resp.** Et cum Spiritu tuo.

Sequentia Sancti Euangelij secundum Marcum. **Resp.** Gloria tibi Domine.

**R**ecumbentibus illis undecim apparuit Iesus, & exprobrauit incredulitatem eorū, & duritiam cordis quia ijs, qui viderant eum resurrexisse non crediderunt: Et dixit eis: Euntes in mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc sequentur. In nomine meo dæmonia eijcient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: & si mortiferum quid biberint, non eis nocerit: super ægros manus imponent, & bene habebunt.

**Hic Sacerdos imponat utramq; manum**

num capiti xgrotantis, & valedicat, confoleturq; illum exhortando ad patientiam. Tunc adorato & accepto Sacramento, conuersus ad infirmum & alios dicat; Pax & benedictio Dei Omnipotentis Patris, & Fi + Iij, & Spiritus Sancti descēdat super vos & maneat semper. A.

## RITVS ADMINISTRAN DI EXTREMAM VNCTIONEM

**S**acerdos superpellicio & Stola fit indutus, habeat qui cum lumine præeat ante sacrum Chrisma, inter eundem dicat 7 psalmos penitentiales vel in reditu, v. l. in Ecclesia si memoriter nescit: locus quo defertur sit mundus mensa munda mappa constrata, habeatur scutella cum sale & aqua, & sex stuppis lini vel canabis ad abstergendum oleum infirmo & aqua cum sale ad abluendas manus sacerdotis.

Sacerdos ingressus habitationem infirmi dicat faciendo crucem cum oleo salis.  
Ver. Pax huic domui

(Cro.

Resp. Et omnibus habitantibus in ea.

Collocato in mensa oleo, conuersus versus infirmum & astantes genuflectentes dicat.

Ver-

**Ver.** Dominus vobiscum

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

### OREMVS.

**I**ntroeat Domine Iesu Christe domum  
hanc sub nostræ humilitatis ingressu  
æterna felicitas, Diuina prosperitas, serena  
læticia, charitas fructuosa, sanitas  
perpetua. Effugiat ex hoc loco accessus  
dæmonum: Ad sint Angeli pacis: domumq;  
hanc deserat effugata discordia. Magnifica  
Domine super nos nomen sanctum tu-  
um, & bene ✝ dic nostræ conuersationi,  
sanctifica nostræ humilitatis ingressum,  
qui sanctus & pius es, & permanens cum  
Patre & spiritu sancto, in secula seculo-  
rum. Amen.

Deinde iuxta personæ exigentiam di-  
cat aliqua de hoc Sacramento simulq; æ-  
grum hortetur ad patientiam, & virum  
hoc Sacramentum desideret quærat: quod  
vbi fecerit dicat.

**Ver.** Adiutorium nostrum ✝ in nomine  
Domini.

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

Aspergat infirmum aqua benedicta dicēs.

**A**sperserat te Dominus rore gratiæ suæ  
ad

ad obtinendam animæ & corporis salutem, & vitam æternam **Resp. Amen.**

**Deinde Sacerdos dicat Litanias genuflexus.**

**K**yrie eleison **C**hris̄te eleison **Kyrie**  
eleison.

**S**ancta Maria

**S**ancte Michael

**S.** Gabriel

**S.** Raphael

**O**mnes sancti Angeli & Archangeli

**S.** Ioannes Baptista

**O**mnes S. Patriarchæ & Prophetæ

**S.** Petre

**S.** Paule

**S.** Andrea.

**S.** Iacobe

**S.** Ioannes

**O**mnes sancti Apostoli & Euang:

**O**mnes sancti discipuli Domini

**O**mnes sancti innocentes

**S.** Stephane

**S.** Laurenti

**S.** Adalberte

**S.** Stanislac

**S.** Venceslac

**S.** Floriane

Orate vel Ora pro eo

**O**mnes

**O** mnes sancti martytes

**S.** Syluester

**S.** Gregori

**S.** Augustine

**S.** Hieronyme

**S.** Martine

**O** mnes **S.** Pontifices & Confessor.

**O** mnes Sancti Doctores

**S.** Benedicte

**S.** Francisce

**S.** Bernarde

**O** mnes sancti Monachi & eremitæ

**O** mnes sancti Sacerdotes & Leuitæ

**S.** Maria Magdalena

**S.** Anna

**S.** Agnes

**S.** Lucia

**S.** Catharina

**S.** Barbara

**O** mnes sanctæ Virgines & Viduæ

**O** mnes Sancti & Sanctæ Dei

**Propitius esto** **P**arce ei Domine

**Propitius esto** **E**xaudi eum Domine:

**A**b ira tua

**A**b insidijs Diaboli

**A**b animæ & corporis infirmitate

**A**subitanea & improuisa morte

**A**diam

Orate vel Oraproco

Orate vel Oraproco.

Liscū Dñe:

**A** damnatione perpetua  
**A** b omni malo  
**P** er mysterium sanctæ incarnationis tuæ  
**P** er Aduentum & Natiuitatem tuam  
**P** er crucem & passionem tuam  
**P** er mortem & sepulturam tuam  
**P** er sanctam Resurrectionem tuam  
**P** er admirabilem ascensionem tuam  
**P** ei aduentum Spiritus S. Paracliti  
**I** n die iudicij  
**P** eccatores  
**V** t veniam ei dones  
**V** t præsentem infirmum visitare & consolari digneris.  
**V** t compunctionem cordis & fontem lacrymarum illi dones  
**V** t cogitationes prauas & tentationes ab eo remoueas.  
**V** t remissionem peccatorum ei dones  
**V** t spatium veræ penitentia ei concedas  
**V** t sanitatem animæ, & si expedit corporis ei tribuas  
**V** t gratiam & consolationem Spiritus Sancti illi infundas  
**V** t ei in præsentis periculo succurrere digneris.

Vt

Libera eum Domine

Terogant audi nos.

*Libera eum Domine*  
Ut vitam æternam ei dones. **Te**rogamus audi nos.

Ut nos peccatores pro eo orantes exaudire digneris. **Te**rogamus audi nos.

Fili Dei. **Te**rogamus audi nos.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi  
Parce ei Domine.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Mi-  
serere ei.

Agnus Dei qui tollis peccata mundi Sa-  
na eum Domine.

Christe audi nos. **C**hriste exaudi nos.

Kyrie eleison. **C**hriste eleis: **Kyrie** eleis.

Pater noster secreto.

*Te*rogamus audi nos.  
Ver. Et ne nos inducas in tentationem.

Resp. Sed libera nos à malo.

Ver. Saluum fac seruū tuum (ancillā tuā)

Resp. Deus meus sperantem in te.

Ver. Mitte ei Domine auxiliū de sancto.

Resp. Et de Sion tuere eum. (eam.)

Ver. Nihil proficiat inimicus in eo. (ea)

Resp. Et filius iniquitatis non apponat  
nocere ei.

Ver. Esto ei Domine turris fortitudinis.

Resp. A facie inimici.

Ver. Dominus opem ferat illi super le-  
ctum doloris eius.

D

Resp.

**Resp.** Vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

**Ver.** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

### OREMVS

**D**omine Deus Omnipotens, qui per Apostolum tuum Iacobum locutus es infirmatur quis in vobis; inducat Presbyteros Ecclesie, & orent super eum, vngentes eum oleo sancto in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & si in peccatis sit, dimittentur ei & alleuiabit eum Dominus. Cura quæsumus Domine Redemptor noster, Spiritus sancti gratia languores huius infirmi, omniaque eius vulnera sana, & peccata dimitte, atque dolores cunctos cordis & corporis ab eo repelle, plenam ei interius exteriusque sanitatem misericorditer redde, vt ope misericordie tue restitutus & sanatus, ad pristina pietatis tue reparetur officia.

**V**irtutum caelestium Deus, qui ab humanis corporibus omnem languorem, & omnem infirmitatem precepti tui potestate depellis; adesto propitius famulo



mulo tuo, vt fugatis infirmitatibus, & vi-  
ribus receptis nomen sanctum tuum, in-  
staurata protinus sanitate benedicat Per  
Dominum nostrum Iesum Christum fil.

*Tempore imminentis periculi mortis  
infirmi, poterint supradictæ orationes &  
Litaniæ omitti, quæ postea in templo sup-  
pleantur. Deinde Sacerdos lauet manus,  
& vulgari lingua hortetur eum his verbis.*

**C**harissime recordare quod multoties  
Deum offendisti quinque sensibus tuis  
exterioribus, scilicet: Visu, Auditu, Gu-  
stu, Odoratu, Tactu. Ideo ora Deum, vt  
tibi peccata tua dimittat, & ego te vn-  
gam Oleo consecrato, & oratio fidei sal-  
uabit te, & alleuiabit te Dominus, si tibi  
expediuerit: & si in peccatis es, dimit-  
tentur tibi,

*Lothauice.*

**M**ans droux abdoma / ka tu doudz: reyze  
Dewe touwe Runge apkaytenaysh es/  
ar touwems pec arigems pratems lydžka  
ar Kadžāšen / Dzyrdāšen / Smelkāšen/  
Dšišen / vnd Ayskaršen. Topāclūdž Des  
wam / ka tas teuw touwes grākes grib pam  
māst / vñ es teuw grib apswaydyt ar to swāte

ölie/ vnd ta lukhen tās Tyceybes teuw swā-  
te darrys: vnd Dewš Kunx teuw yz touwe  
nāwāsselybe pallydzās/ia tas teuw par lab-  
be bus: Vnd ia tu wāl eřhan kademas grā  
kems es/ tad bus te teuw pammājie.

### *Esthonicc.*

**A** Kmas weli/ mette et sa saggēete olet  
patnu Jumalat wasta / omme wude  
mtelde—ga/ se om / filmi—ga/ kōrwu—ga/  
maizmise—ga nena—ga / kätte—ga ninē  
yalgu—ga. Seperāst palle Jumalat / et  
temā sino pattu andis annas: nink mina  
taha sinno wōida se pūhā wōidmisse—ga /  
ninē se usu palwus tiēeb sinno ensas. Nink  
Jumal Isānd pāstāp sinno erā finust tō/  
west / kui terwus sulle tarbis tulep : ent kui  
sa wēel pattu sisen olet andas sulle ne sa/  
ma andis.

### *Polonice.*

**B** Kācie miły / ( miła sioſtro ) pāmietay  
żes wiele kroc Pānā Boga obrāzil pta-  
cia smyslow zwierzchnych / to test / widzē-  
niem / słuſzeniem / powoniatem / smakowa-  
niem / y dotykaniem. Przetō pros Pānā  
Boga

Boga/ abny grzechy twoje odpuscil/ & ia  
ciebie pomaze oleiem poswieconym/ &  
modlitwa wiary zbawi ciebie y dopomozie  
Pan Bog z tway choroby/ bedzieli to z le/  
pshym twoim: & testis test w grzechach bedae  
odpuszczone/

*Germanice.*

**P** Jeber **N.** bedencke das du bilmals den  
Allmechtigen Gott verzürnet hast/ mit  
deinen fünff eusserlichen Sinnen/ als nemb-  
lich/ mit dem Gesicht/ Schör/ Geschmaß/  
Geruch/ vnd Greiffen. Derowegen bitte  
Gott/ das er dir deine Sünden verzeihe/  
vnd ich wil dich salben mit dem geweyheten  
Oel/ vnd das Gebet des Glaubens wirdt  
dich seligmachen: Vnd der Herr wird dich  
erheben auß deiner Kranckheit/ so es dir  
zum besten gereichen wird: Vnd so du noch  
in Sünden steckest/ werden sie dir verge-  
ben werden.

*Tunc intincto pollice manus dextræ in  
Oleum sacrum faciat signum crucis super  
vtrumq; oculum infirmi. Et primo super  
dextrum, deinde ad sinistram dicendo;*

**V** Ngo hos oculos tuos oleo sanctifica-

to: In nomine Pa + tris, & filij, & Spiritus Sancti. Et per istam sanctam vnctionem, & suam pijsimam misericordiam, iadulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per visum. Amen; Pax tecum.

*Et tergat stuppa loca inuncta, & reponat eam in scutellam præparatam. Manus verò & pedes, præterquam quod stuppa absterguntur, etiam panniculis mundis, vel foccis ligentur qui postea cumentur: vel si moriatur infirmus cum ijs sepeliatur.*

*Ad aures.*

**V** Ngo has aures tuas olei sacra liqueore. In nomine Pa + tris, & Filij, & Spiritus Sancti. Et per istam sanctam vnctionem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus, quidquid deliquisti per auditum. Amen. Pax tecum

*Ad nares.*

**V** Ngo has nares oleo sacro. In nomine Pa + tris & Filij, & Spiritus Sancti. Et per istam sanctam vnctionem, & suam pijsimam misericordiam, indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per odoratum. Pax tecum.

*Ad labia.*

**V** Ngo hæc labia consecrati olei medicinali.

cameuto. In nomine Pa + tris, & Filij,  
& Spiritus Sancti. Et per istam sanctam  
vnctionem, & suam pijsimam misericor-  
diam, indulgeat tibi Dominus, quicquid  
deliquisti per gustum & locutionem. A-  
men. Pax tecum

*Ad manus.*

*Hæ autem Sacerdotibus exterius, cæ-  
teris interius vnguntur.*

**V**ngo has manus tuas oleo benedicto.  
In nomine Pa + tris, & Filij, & Spi-  
ritus Sancti. Et per istam sanctam vncti-  
onem, & suam pijsimam misericordiam  
indulgeat tibi Dominus, quicquid deli-  
quisti per tactum. Amen. Pax tecum.

*Ad pedes.*

**V**ngo hos pedes tuos oleo benedicto  
In nomine Pa + tris, & Filij, & Spi-  
ritus Sancti. Et per istam sacram vnctio-  
nem, & suam pijsimam misericordiam  
indulgeat tibi Dominus quicquid deli-  
quisti per gressum. Amen. Pax tecum

*Quibus peractis Sacerdos lauet polli-  
cem cum sale & aqua supra scutellam, in  
quam stупpa reposita est & iubeat ea o-  
mnia simul comburi.*

*Deinde dicat.*

**V** Nxi te in nomine Patris, & Filij, &

Spiritus Sancti, obsecrans misericordiam ipsius Domini ac Dei nostri: vt fugatis omnibus doloribus & incommoditatibus corporis, recuperetur in te virtus & salus quatenus per huius operationem mysterij, & per hanc sacri Olei vnctionem, atq[ue] nostram deprecationem, virtute Sanctæ Trinitatis, pristinam ac magis robustam percipere merearis sanitatem. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**OREMVS.**

**D**omine Deus Saluator noster, qui es vera salus & medicina, & à quo omnis sanitas, & medicamentum venit, qui nos Apostolico documento instruis, vt languentes Olei liquore tangeremus: respice propitius super hunc famulum tuum, & quem languor cruciat ad exitum, & virium defectus trahit ad occasum, medela tuæ gratiæ restituat ad salutem. Per Christum Dominum nostrum Amen.

**OREMVS.**

**R**espice Domine propitius super hunc famulum tuum, & opem ei ferre dignare, super lectum doloris eius, impone

manum tuam manui nostræ, nec nostram  
peccatorum dextram spernat infirmitas,  
sed ad inuocationem tui nominis vereac-  
tur, & fugiat, vt sanitas pristinæ restitua-  
tus exurgat, & sanctæ Ecclesiæ tuæ re-  
presentetur incolumis. Per Christum Do-  
minum nostrum. Amen.

**Orationibus finitis Sacerdos ponat  
manum suam dexteram, super infirmum  
& dicat.**

**S**ancte te Deus Pater qui te creauit

**S**ancte te Dei filius, qui pro te in  
cruce passus est.

**S**ancte te Spiritus Sanctus, qui su-  
per te in baptismo effusus est.

**Astan-  
tes  
Res.  
Amē.**

**Deinde faciens signum crucis dicat-**

**S**ancte te Sancta Tri-  
nitatis vnus De-  
us, ab omni dolore & infirmitate. Qui  
viuit & regnat Deus per omnia secula se-  
culorum. **Resp.** Amen.

**D**ominus noster Iesus Christus apud te  
te fit, vt te defendat: Intra te fit, vt  
te **+** reficiat. Circa te fit, vt te conser-  
uet: Ante te fit, vt te **+** deducat: Post te  
fit, vt te con-**+** fortet. Super te fit, vt te  
vndiq; muniat atq; bene **+** dicat. Spiri-  
tus Sanctus descendat & maneat super te

**Res.** Amen.

D 5

Pro-

Propitietur Dominus cunctis iniquitati-  
bus tuis. **Resp.** Amen.

Et sanet omnes languores tuos. **Res.** A.  
Redimatq; de interitu vitam tuam.

**Resp:** Amen.

Et faciet in omnibus bonis desiderium  
tuum.

Qui solus in Trinitate vnus Deus viuit &  
& regnat in secula seculorum. **Resp.** A.

**Ver.** Pax tecum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

Et benedictio Pa + tris, & Fi + lij, &  
Spiritus + Sancti descendat super te, &  
maneas semper. **Resp.** Amen.

## **MODVS CONFIC- ENDI AQVAM BENE- dictam.**

**Ver.** Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mini.

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

**E**xorcizo te creatura falis per + Deum  
vium, per + Deum verum, per +  
Deum sanctum, per Deum, qui te per  
Eliseum Prophetam in aquam mitti  
iussit, vt sanaretur sterilitas aquæ; vt  
effi-



efficiaris sal exorcizatum in salutem cre-  
dentium, & sis omnibus te sumentibus  
sanitas animæ & corporis: & effu-  
giat atq; discedat a loco, in quo asper-  
sum fueris, omnis phantasia & nequitia,  
vel versutia diabolicæ fraudis, omnisq;  
spiritus immundus adiuratus. Per eum,  
qui venturus est iudicare viuos & mortu-  
os, & seculum per ignem. *Resp.* Amen.

### OREMVS.

**I**mmensam clementiam tuam Omnipotens Deus humiliter imploramus, vt hanc creaturam salis quam in vsum generis humani tribuisti, bene + dicere & sancti + ficare tua pietate digneris vt sit omnibus sumentibus salus mentis & corporis: & quicquid ex eo tactum, vel respersum fuerit, careat omni immunditia, omniq; impugnatione spiritualis nequitie. Per Dominum nostrum Iesum Christum.

### *Exorcismus aquæ.*

**E**Xorcizo te creatura aquæ in nomine  
Dei

Dci + Patris omnipotentis, & in nomi-  
ne Iesu + Christi, & in virtute Sancti +  
Spiritus, vt fias aqua exorcizata, ad ef-  
fugandam omnem potestatem inimici, &  
ipsum inimicum eradicare, & explantare  
valeas cum Angelis suis apostaticis; per  
virtutem eiusdem Dñi nostri Iesu Christi,  
qui venturus est iudicare viuos & mor-  
tuos, & seculum per ignem. *Resp, A.*

### OREMVS.

**D**Eus qui ad salutem humani generis  
maxima quæq; Sacramenta in aqua-  
rum substantia condidisti: adesto propi-  
tius inuocationibus nostris, & elemento  
huic multimodis purificationibus præ-  
parato, virtutem tuæ bene + dictionis  
infunde; vt creatura tua mysterijs tuis  
seruiens, ad abigendos dæmones, mor-  
bosq; pellendos, Diuinæ gratiæ sumat ef-  
fectum: vt quicquid in domibus vel in  
locis fidelium hæc vnda resperferit, ca-  
reat omni immunditia, liberetur à noxa;  
non illic resideat spiritus pestilens, non  
aura corrumpens: discedant omnes in-  
fidie latentis inimici; & si quid est, quod  
aut

aut incolumitati habitantium inuidet,  
aut quieti, aspersione huius aquæ effugiat  
vt salubritas per inuocationem sancti tui  
nominis expectita, ab omnibus sit impu-  
gnationibus defensa. Per Dominum no-  
strum Iesum Christum &c.

**Hic mittat sal in aquam in modum cru-  
cis dicendo semel.**

Commistio salis & aquæ pariter fiat: in  
nomine Pa + tris, & Fi + lij, & Spi-  
ritus + Sancti. **Resp.** Amen.

**Ver:** Dominus vobi cum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo:

### **O R E M V S.**

**D**Eus inuidæ virtutis auctor, & insu-  
perabilis imperij Rex, ac semper  
magnificus triumphator, qui aduersæ do-  
minationis vires reprimis: qui inimici ru-  
gientis sæuitiam superas: qui hostiles  
nequitias potentèr expungas: te Domine  
tremètes & supplices deprecamur ac pe-  
timus: vt hanc creaturam salis & aquæ  
dignantèr aspicias: benignus illustres:  
pietatis tuæ rore sanctifices: vt vbiunq;  
fuerit aspersa, per inuocationem sancti tui

nominis, omnis infestatio immundi spiritus abigatur: terrorq; venenosi serpentis procul pellatur, & presentia sancti spiritus nobis misericordiam tuam poscentibus; ubiq; adesse dignetur. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

*Postea aspergat Salem & tandem populum dicendo Antiphonam:*

Asperges me Domine hyssopo, & mundabor: Lauabis me & super niuem dealbabor: Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam. Gloria Patri & Filio, & spiritui Sancto: Sicut erat in &c. Asperges me &c. repetatur.

*Ver:* Ostende nobis Domine misericordiam tuam.

*Resp.* Et salutare tuum da nobis.

### *OREMVS.*

**E**Xaudi nos Dñe sancte Pater omnipotens æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum de cælis, qui custodiat, foueat, protegat, visitet, atq; defendat omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

*Resp.* Amen.

*Pax æterna quando canitur, sequitur.*

*Ver.* Beati qui habitant in domo tua Dñe

*Resp.*

**Resp.** In secula seculorum laudabunt te.

**Oratio Præfata.** Exaudi.

**A Dominica Paschæ vsq; ad Dominicam Pentecostes.**

**V**idi aquam egredientem de templo a latere dextro: Alleluia. Et omnes ad quos peruenit aqua ista, salui facti sunt, & dicent, Alleluia. Alleluia: Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Glo. Pa. & c.

**Ver.** Domine apud te est fons vitæ, Alle.

**Resp.** Et in nomine tuo videbimus lumen. Alleluia.

### **OREMVS.**

**C**oncede quæsumus omnipotens Deus vt qui Paschalia festa peragimus, celestibus desiderijs accensi fontem vitæ sitiamus: Iesum Christum Dominum nostrum. **Resp.** Amen.

**BENEDICTIO AZURI,**

**MYRRHÆ, ET THVRIS IN**

*festo Epiphaniæ.*

**Ver.** Adiutorium nostrum in nomine Dñi

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

**Ver.** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

**B**ene + dico te creatura Auri, Thuris,  
& Myrrhæ, per Deum Patrem omni-  
potentem: per Iesum Christum filium eius  
& Spiritum paracletum: per omnia sancta  
ac ineffabilia nomina Dei: & per myste-  
rium huius sanctæ diei: qua eadem munera  
in titulum regalem, & magnificentiam  
sacerdotalem, ac sepulturam Dominicam  
tres Magi obtulerunt. Bene + dico te,  
vt has virtutes in te suscipias, & in te  
semper teneas: vt quicumq; te creaturam  
Auri, Thuris, & Myrrhæ ob reuerentiam  
Diuinæ Majestatis: & ob corporis ac ani-  
mæ suæ salutem circa se gestauerint, aut  
quocunq; recto modo habuerint: Diuina  
eos protegente potentia: ab omni peri-  
culo corporis & animæ sint tuti vbiq;  
mortem subitanæ, morboiq; omnes ef-  
fugiant, hostiumq; visibilium & inuisibi-  
lium insidias euadant. & omne desiderium  
eorum prosperetur: & absoluat eos  
Dominus ab omnibus tristitijs, veneficijs  
& cunctis, aduersitatibus. Per Domi-  
num nostrum Iesum Christum. & c.

**Ver.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

**Ver.** Benedicamus Domino.

**Resp.** Deo gratias.

**Et**

Et benedictio Dei omnipotentis Pa + tris,  
& Fi + lij, & Spiritus + Sancti, descendat  
super nos, & super has creaturas, & ma-  
neat semper. Amen.

**BENEDICTIO CUIVS-**  
*cunq; incense.*

**T**Va quæsumus omnipotens sempiternæ  
Deus inmensæ Maieſtatis dextera hanc  
creaturam incense bene + dicere, & sancti-  
+ ficare digneris, vt in virtute sancti no-  
minis tui omnes immundorum spirituum  
phantasticos incurſus effugare, omnesq;  
morbos reddita ſanitate expellere; vbi-  
cunq; fumus eius afflauerit, mirabiliter  
poſſit: atq; tibi omnipotenti Deo odorem  
fragantiſſimum perpetua ſuauitate redde-  
re; Per Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

**BENEDICTIO CARNI-**  
*um in feſto Paſcha.*

**Vcr:** Adiutorium noſtrum in nomine Dñi.

**Reſp.** Qui fecit cælum & terram.

**Vcr.** Dominus vobiſcum.

**Reſp:** Et cum ſpiritu tuo.

Et

E

Ore-

OREMVS.

**D**Eus qui per famulum tuum Moysen in liberatione populi tui de Ægypto agnum occidi iussisti in similitudinē Domini nostri Iesu Christi, utrosq; postes domorum de sanguine huius agni perungi præcepisti: ita bene + dicere, & sancti + ficare digneris hanc creaturam carnis, quam nos famuli tui, ad laudem tuam sumere desideramus: Per resurrectionem Domini nostri Iesu Christi, qui tecum viuit & regnat in secula seculorum. Amen.

BENEDICTIO OVO-  
rum.

**Ver** Adiuutorium nostrum in Nomine Dñi:

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

**Ver:** Domine exaudi orationem meam.

**Resp:** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver:** Dominus vobiscum.

**Resp:** Et cum spiritu tuo.

OREMVS.

**S**vbueniat quæsumus Domine tuæ benedictionis gratia hæc Ouum creaturæ



turæ, de qua pullos gallinarum procreare dignatus es; vt cibus salubris fiat tuis fidelibus in tuarum gratiarum actione sumentibus. Per Christum Dominum nostrum. Amen,

## BENEDICTIO LACTIS

*cinorum.*

**D**ignare Domine sancte Pater omnipotens æterne Deus bene + dicere & sancti + ficare hanc creaturam butyri, casei, lactis &c. quam ex adipe animalium producere dignatus es, vt quicumq; ex populis tuis fidelibus ex ea comederint, vel gustauerint, omni bene + dictione celesti, & gratia saturati repleantur in bonis. Per Christum Dominum nostrum &c. Et benedictio omnipotentis Pa + tris, & Fi + lij, & Spiritus + Sancti descendat super hanc creaturam **N. N.** & per virtutem sanctæ cru + cis, & mortis Iesu Christi Domini nostri, fugiat ab ea omnis infestatio Sathanæ & omne phantasma euanescat, in nomine Patris & Filij & Spiritus Sancti. Amen.

## BENEDICTIO PANIS.

**D**omine Iesu Christe panis Angelorum,  
panis viuus & æternæ vitæ, bene +  
dicere dignare panem istum: sicut benedi-  
xisti quinq; panes in deserto: vt omnes ex  
eo dignè gustantes, inde corporis & ani-  
mæ desiderabilem percipiant sanitatem.  
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

## BENEDICTIO PANIS

*pro infirmis.*

**Ver.** Adiutorium nostrum in nomine Dñi

**Resp.** Qui fecit cælum & terram

**Ver.** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

## OREMVS.

**D**omine Deus omnipotens descendat  
benedictio Pa + tris, & Fi + lij, & Spi-  
ritus + Sancti super hanc creaturam pa-  
nis, vt quicunq; ex ea sumpserint, accipi-  
ant sanitatem corporis, tutelam salutis,  
integritatem charitatis, consolationem  
spei, roborationem fidei, virtutem con-  
stantiæ, & visitationem Spiritus Sancti.

Per

Per eundem Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum, filium tuum, qui tecum viuit & re-  
gnat in vnitate Spiritus Sancti Deus, &c.

**BENEDICTIO POMO-  
rum, & quorumlibet fru-  
ctuum.**

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Dñi  
**resp.** Qui fecit cælum & terram.

**OREMVS.**

**B**ene+ dicquæsumus Domine, hos fru-  
ctus nouos vix, siue pomorum, pyro-  
rum, & omnium fructuum, quos tu de ro-  
te cæli, & inundatione pluuiarum, ac tem-  
porum tranquillitate ad maturitatem per-  
ducere dignatus es: & præsta, vt quos ad  
vſus nostros misericorditer tribuisti, cum  
debita gratiarum actione percipere vale-  
amus. Per Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum. &c.

Et benedictio Dei omnipotentis Pa+ tris,  
& Fi+ lij, & Spiritus + Sancti descendat  
super has herbas & fructus, & maneat  
semper, Amen.

**BENEDICTIO NOVO-**  
*rum fructuum.*

**B**ene + dic Domine hunc nouum fru-  
ctum **N.** & presta' vt qui ex eo in tuo  
sancto nomine vescetur, corporis & ani-  
mæ salute potiatur. Per Christum Domi-  
num nostrum. Amen,

**BENEDICTIO POTVS.**

**B**ene + dic Domine hanc Creaturam  
potus, vt sit remedium salutare omni-  
bus sumentibus, & presta per inuocatio-  
nem sancti nominis tui, vt quicumq; ex eo  
gustauerint, tam animæ quam corporis sa-  
nitatem te donante percipiant. Per Chri-  
stum Dominum nostrum, Amen.

**BENEDICTIO COM MV-**  
*nis ad omnia commestibilia.*

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Dñie

**Resp:** Qui fecit celum & terram.

**Ver:** Domine exaudi orationem meam.

**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver:** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

**B**ene + die Domine creaturam istam **N**o  
vt sit remedium salutare generi huma-  
no, & præsta per inuocationem tui sanctis-  
simi nominis, vt quicunq; ex ea sumpse-  
rint, vel gustauerint, corporis sanitatem  
& animæ tutelam accipiant. Per Christum  
Dominum nostrum. Amen.

## **BENEDICTIO SEMI-**

**NUM.**

**OREMVS.**

**T**E Domine petimus ac rogamus, vt  
fructus seminum, frumenti, filiginis,  
hordei, auenæ, ac aliorum, cuiuscunq; ge-  
neris existant, tuis oculis serenis, hilariq;  
vultu respicere digneris. Sicut enim te-  
statur es Moyse famulo tuo in terra Egy-  
pti, dicens: Dic filijs Israel, cum ingressi  
fuerint terram promissionis, quam eis da-  
turus sum, vt primitias frugum offerant  
Sacerdotibus, & erunt benedictæ fruges:  
Ita nos oramus Domine auxilium gratiæ  
tuæ super nos, & hos fructus ad bene-  
dictionem proferendam concedas, vt non  
grando furripiat, non turbo subuetat, nec  
vis tempestatis detruncet, nec æris feru-  
entitas, non inundatio pluuialis extermi-

net, sed incolumes & super abundantes  
propter vsum hominum ad plenissimam  
maturitatem perducere digneris. Per  
Christum Dominum nostrum. Amen.

## *BENEDICTIO AVENÆ.*

**B**ene + dic Domine creaturam istam a-  
venæ: vt sit remedium salutare equis,  
cæterisq; animalibus: & præsta per inuo-  
cationem sancti nōminis tui, vt quæcunq;  
ex ea gustauerint, corporis sanitatem per-  
cipiant. Per Christum Dominum nostrum.

## *BENEDICTIO HERB A- rum in festo Assumptionis B. V. Maria.*

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mini.

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

*Psalm; 64. Te decet hymnus Deus in  
Sion etc. Ex laudibus fer; 4*

**Ver.** Dominus dabit benignitatem.

**Resp:** Et terra nostra dabit fructum suum.

**Ver:** Rigans montes de superioribus suis

**Resp.** De fructu operum tuorum satiabitur  
terra.

**Ver.**

**Ver:** Producens fœnum iumentis.

**Resp:** Et herbam seruituti hominum.

**Ver:** Vt educas panem de terra.

**Resp:** Et vinum lætificet cor hominis.

**Ver:** Vt exhilaret faciem in oleo.

**Resp:** Et panis cor hominis confirmet.

**Ver:** Misit verbum suum & sanauit eos.

**Resp:** Et eripuit eos de omnibus interiti-  
onibus eorum.

**Ver:** Domine exaudi orationem meam.

**Resp:** Et clamor meus ad te veniat.

### OREMVS.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui cæ-  
lum, terram, mare, & omnia visibilia  
& inuisibilia verbo tuo ex nihilo creasti;  
quiq; herbas, arboresq; ad vsus hominum  
animaliumq; terram gignere, & vnum-  
quodq; iuxta sementem in semetipso fru-  
ctum habere præcepisti, atq; non solum vt  
herbæ animantibus ad victum, sed ægris  
etiam corporibus prodesent ad medica-  
mentū tua ineffabili pietate concessisti: te  
supplici mente & ore deprecamur, vt has  
diuersi generis herbas & fructus tua cle-  
mentia bene-**+**dicas, & supra naturalem  
a te inditam virtutem, eis benedictionis

euz nouæ gratiam infundas : vt ad vsum  
hominibus & iumentis in tuo nomine ap-  
plicata. omnium morborum & aduersita-  
tatum efficiantur præsidium. Per Domi-  
num nostrum Iesum Christum. &c.

### OREMVS.

**D**omine qui per Moysen famulum tu-  
um mandasti filijs Israel; vt manipu-  
los nouorum fructuum benedicendos de-  
ferrent ad Sacerdotes, tollerentq; fructus  
arboris pulcherrimæ, & lætarentur coram  
te Domine Deo suo, adesto propitiùs inuo-  
cationibus nostris, & effunde tuæ bene-  
dictionis abundantiam super nos, & super  
hos manipulos nouarum frugum, vuar-  
um, herbarum, & fructuum collectionem  
quæ cum gratiarum actione tibi repræsen-  
tamus, & in nomine tuo in hac solennita-  
te bene-  
dicimus: & concede, vt homi-  
nibus, pecoribus, pecudibus, & iumen-  
tis, contra morbos, pestes, vlcera, malefi-  
cia, incantationes, veneficia, serpentum,  
& aliorum venenosorum animalium &  
bestiarum morsus, nec non quæcunq; ve-  
nerena, remedium præstent; atq; contra di-  
abolicas illusiones, & machinationes, &  
frau-



fraudes tutamen ferant: in quocunq; loco  
positum, vel portatum, aut habetur ali-  
quid ex eis. Quatenus cum manipulis  
bonorum operum meritis B. Mariæ Virgi-  
nis, cuius assumptionis festum colimus,  
quo ipsa assumpta est, suscipi mereamur.  
Per Dominum nostrum Iesum Christum fi-  
lium, &c.

**OREMVS.**

**D**Eus qui virgam Iesse genitricem filij  
tui Domini nostri Iesu Christi, hodi-  
erna die ad cælorum fastigia ideo euexisti,  
vt per eius suffragia & patrocinia fructum  
ventris illius, eundem filium tuum, mor-  
talitati nostræ communicares: te supplices  
exoramus. vt eiusdem filij tui virtute, e-  
iusq; genitricis glorioso patrocinio, isto-  
rum terræ fructuum præfidijs per tempo-  
ralem, ad æternam salutem disponamur.  
Per eundem Dominum nostrum Iesum Chri-  
stum, &c.

Et benedictio Dei omnipotentis Pa-+tris,  
& Fi+lij, & Spiritus +Sancti descendat  
super has creaturas & maneat semper. A.

**Postea thurificentur herbæ & aqua  
benedicta aspergatur.**

**BENE-**

**BENEDICTIO CON-**  
*tra aues, vermes, mures, vel a-*  
*lia animalia fructus, ter-*  
*ram, aquas vastantia.*

- Ver.** Adiutorium nostrum in nomine Dñi.  
**Resp.** Qui fecit cælum & terram.  
**Ver.** Domine exaudi orationem meam.  
**Resp.** Et clamor meus ad te veniat.  
**Ver.** Dominus vobiscum.  
**Resp.** Et cum spiritu tuo.

**O R E M V S.**

**P** Reces nostras quæsumus Domine cle-  
menter exaudi, vt qui iustè pro pecca-  
tis nostris affligimur, & hanc auium, ver-  
mium, murium &c. persecutionem pati-  
mur, pro tui nominis gloria, ab ea miseri-  
corditer liberemur, vt procul à tua poten-  
tia expulsi nulli noceant: & hos campos,  
agros, vineas, aquas, &c. in tranquillita-  
te & quiete dimittant: quatenus ex eis sur-  
gentia & orta, tuæ Maiestati deseruiant, &  
nostræ necessitati subueniant. Per Chri-  
stum Dominum nostrum, Amen.

**O R E M V S.**

Omni-

**O**mnipotens sempiternae Deus, omnium bonorum remunerator, & peccatorum maximus miserator, in cuius nomine omnia genua flectantur, caelestia, terrestria, & infernalium, tua potentia nobis peccatoribus omnipotenter concede: ut quod de tua misericordia confisi agimus, per tuam gratiam efficacem consequamur effectu: quatenus hos pestiferos vermes, mures &c. per nos seruos tuos maledicendo maledicas, segregando segregas, exterminando extermines, ut per tuam clementiam ab hac peste liberati, gratiarum actiones Maiestati tuae libere referamus. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Postea sequens exorcismus dicatur.**

**E**xorcizo vos pestiferos vermes, mures &c. per Deum **+** Patrem omnipotentem, & Iesum **+** Christum filium eius, & Spiritum **+** Sanctum ab utroque procedentem, ut confestim recedatis ab his campis, vineis, agris &c. nec amplius in eis habitetis, sed ad ea loca transeat, in quibus nemini nocere possitis, pro parte omnipotentis Dei, & totius curiae caelestis & Ecclesiae sanctae Dei vos maledicens, quod quocumque ieritis, sitis maledicti, defici-

ficientes de die in diem in vos ipsos, & decrefcentes, & quatenus reliquæ de vobis nullo in loco inueniantur, nifi neceffariæ ad falutem & vſum humanum. Quod præſtare dignetur, qui venturus eſt iudicare viuos & mortuos, & ſeculum per ignem. Amen.

## *BENEDICTIO CAND- delarum.*

*Ver.* Adiutorium noſtrum in nomine Dñi.

*Reſp.* Qui fecit cælum & terram.

*Ver.* Dominus vobifcum.

*Reſp.* Et cum ſpiritu tuo.

### *OREMVS.*

**D**omine Ieſu Chriſte fili Dei viui bene-  
+ dic candelas iſtas ſupplicationi-  
bus noſtris: infunde eis Domine per virtu-  
tem ſanctæ cru+ cis benedictionem cæle-  
ſtem, qui eas ad repellendas tenebras hu-  
mano generi tribuiſti, talemq; benedicti-  
onem ſignaculo ſanctæ+ crucis accipiant,  
vt quibuſcunq; locis accenſæ, ſiue poſitæ  
fuerint, diſcedant principes tenebrarum,  
& contremiſcant, & fugiant pauidi cum  
omnibus miniſtris ſuis ab habitationibus  
illis

illis: nec præsument amplius inquietare,  
aut moleſtare ſeruientes tibi omnipoten-  
ti Deo. Qui uiuis & regnas cum Deo Pa-  
tre in vnitate Spiritus Sancti Deus, per  
omnia & c.

*Aspergatur aqua benedicta.*

## *BENEDICTIO CÆRÆ.*

**B**ene + dico te creatura cæræ in nomi-  
ne Pa + tris, & Fi + lij eius vnigeniti,  
& Spiritus + Sancti Paracleti, vt ſis vbiq;  
diaboli effugatio, atq; omnium contuber-  
nalianum eius exterminatio, adiuuante ea-  
dem ſanctiſſima Trinitate, quæ in vnita-  
tis eſſentia uiuit & regnat in ſecula ſecu-  
lorum. Amen.

## *RECONCILIATIO SA- crarum veſtium poſt earum ablutionem.*

Sacerdos ſuperpellicio & Stola indutus  
dicat.

*Ver.* Adiutorium noſtrum in nomine Dñi.

*Reſp.* Qui tecit cælum & terram.

**O R E M V S.**

Omni-

**O**mnipotens sempiterne Deus, innocentiae restitutor, qui per Moysen famulum tuum praecipisti Sacerdotibus & ministris, ut sanctuarij vestes nitidae afferuarentur, & maculae mundarentur, ne quid inesset, quod tuae oculos offenderet Maiestatis: tibi has vestes tua benedictione consecratas referimus mundas & nitidas, suppliciter deprecantes, ut eas in usum ministerij tui pristinum, placidus ac benignus reassumere digneris quatenus sacrificium tibi acceptum, & nobis saluterum super eis offerre valeamus. Per Dominum nostrum Iesum Christum &c.

*Deinde aspergat aqua benedicta  
dicens:*

Reconciliare, & ad usum pristinum sacrificij renouare. In nomine Pa+tris,  
& Fi+lij, & Spiritus + Sancti. Amen.

## *BENEDICTIO DO-*

*MINISTRORUM.*

*Vcr.* Adiutorium nostrum in nomine Dñi,

*Resp.* Qui fecit caelum & terram.

*Vcr.* Dominus vobiscum.

*Resp.* Et cum spiritu tuo.

*ORE-*

OREMVS.

**T**E Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, & pro eius habitatoribus ac rebus, vt eam bene + dicere & sanctificare, ac bonis omnibus amplificare digneris: tribue eis Domine, de rore caeli abundantiam, & de pinguedine terrae, vitae substantiam & desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas: ad introitum ergo nostrum bene + dicere & sanctificare digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, & Iacob, & intra parietes domus istius Angeli tui lucis inhabitent, eamq; & eius habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMVS.

**D**efende quae sumus Domine domum istam, habitantemq; in ea, à maioribus vsq; ad minimos, à conflagratione ignis, à tempestate, ruina, peste, infirmitate, & ab omnibus periculis & insultibus inimici, vt digna & secura in te confidentium habitatio effici mereatur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

OREMVS.

**V**isita quæsumus Domine habitationem istam, & omnes insidias inimici ab ea longè repelle: Angeli sancti tui habitent in ea, qui illos in pace custodiant, & benedictio tua sancta sit super eos semper. Per Dominum nostrum Iesum Christum & c.

**Ultimo aspergantur partes & anguli domus aqua benedicta dicendo: Per sacram huius aquæ asperisionem, largiatur Dominus huic domui, & in ea contentis, suam benedictionem, & securam mansionem. Et benedictio Dei omnipotentis Patris & Filij, & Spiritus Sancti descendat in hunc locum, & maneat semper. Amen,**

**BENEDICTIO NO-**  
*uauis,*

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Domini.

**Resp.** Qui fecit cælum & terram.

**Ver:** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

OREMVS.



**P**rospiciare Domine supplicationibus nostris & bene + dic nauim istam dextera tua sancta, & omnes qui in ea vehentur, sicut dignatus es benedicere arcam Noe ambulantem in diluuiio. Porrigere eis Domine dexteram tuam, sicut porrexisti beato Petro ambulanti supra mare: & mitte sanctum Angelum de cælis, qui liberet & custodiat eam semper à periculis vniuersis, cum omnibus, quæ in ea erunt: & famulos tuos repulsis aduersitatibus, portu semper cursuq; tràquillo tuearis: transactisq; ritè perfectis negotijs omnibus iterato tempore, ad propria cum omni gaudio reuocare digneris. Per Dominum nostrum Iesum Christum filium, & c.

*Aspergatur aqua benedicta.*

## **BENEDICTIO RE-**

*SEMI.*

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Domini.

**Resp:** Qui fecit cælum & terram.

**Ver:** Dominus vobiscum.

**Resp:** Et c um spiritu tuo.

Sequentia sancti Euangelij secundum  
Lucam.

**Resp:** Gloria tibi Domine.

**I**N illo tempore. cum turbæ irruerent in  
Iesum vt audirent verbum Dei; & ipse  
stabat secus stagnum Genezareth. Et vi-  
dit duas naues stantes secus stagnum. Pis-  
catores autem descenderant, & lauabant  
retia sua. Ascendēs autem in vnam nauim,  
quæ erat Simonis, rogauit eum à terra re-  
ducere puillam. Et sedens docebat de  
nauicula turbas. Vt autem cessauit loqui,  
dixit ad Simonem. Duc in altum & laxate  
retia vestra in capturam. Et respondens  
Simon, dixit illi; Præceptor per totam no-  
ctem laborantes, nihil cepimus: in verbo  
autem tuo laxabo rete. Et cum hoc fecif-  
sent, concluderunt piscium multitudinem  
copiosam. rumpebatur autem rete eo-  
rum. Et annuerunt socijs qui erant in alia  
nauis, vt venirent, & adiuuarent eos. Et  
venerunt & impleuerunt ambas nauicu-  
las, ita vt pene mergerentur. Quod cum  
videret Simon Petrus, procidit ad genua  
Iesu, dicens. Exi à me, quia homo pecca-  
tor sum Domine. Stupor enim circum-  
dederat eum, & omnes qui cum illo erant  
in

in captura piscium, quam ceperant. Similiter autem & Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant socij Simonis. Et ait ad Simonem Iesus; Noli timere: ex hoc iam eris homines capiens. Et subductis ad terram retibus, relictis omnibus secuti sunt eum.

### OREMVS.

**D**omine sancte Pater omnipotens æterne Deus, qui hominem ad imaginem & similitudinem tuam creatum, piscibus maris præposuisti, cuius sunt volucres cæli & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Tu Domine qui per filium tuum unigenitum magna potentie tue signa in piscium genere ostendisti, exhibe potentiam & misericordiam tuam piscantibus, ut quicumque in nomine filij tui dilectissimi Iesu Christi retia hæc in mare laxauerint, se cum Petro piscatore feliciter laxasse sentiant, in tue potentie ac virtutis commendatione perseuerent, & propriæ infirmitatis ac peccatorum memores, te solum potentem & misericordem agnoscant. Per eundem Dominum nostrum Iesum. &c.

Aspergat: aqua benedicta, & thurificet.

Et benedictio Dei omnipotentis Pa-  
tris, & Fi+lij, & Spiritus+ Sancti, de-  
scēdat & maneat super hoc rete semper. A.

*BENEDICTIO AQUA-  
rum & Fluminum.*

Ver. Adiutorium nostrum in nomine Dñi.

Resp: Qui fecit cælum & terram.

Ver: Domine exaudi orationem meam.

Resp: Et clamor meus ad te veniat.

**O R E M V S.**

**D**ominie Iesu Christe, qui Iordanis flu-  
men benedixisti, & in eodem bap-  
tizatus aquas mundasti & purificasti, vt ele-  
mentum purum efficerentur in remissio-  
nem peccatorum: has aquas quoq; bene+  
dicere, & sancti+ficare, & mun+dere di-  
gneris, vt nil in eis noxium, nil pestilens,  
vel inficiens, nil corrumpens remaneat,  
sed omnia pura & munda in eis efficiantur:  
quatenus quæ in vsum humanum ex  
eis creata sunt, cum salute nostra & gloria  
tua assumamus. Qui vivis & c.

**BE.**

**BENEDICTIO VA-**  
*forum.*

**Ver:** Adiutorium nostrum &c. Domine  
exaudi &c. Dominus vobiscum.

**OREMVS.**

**P**rotector fidelium Deus, & subditorum  
peccatorum habitator, quæsumus vt se-  
renis oculis tuæ pietatis hæc vascula ita  
illustrare digneris: vt super ea descendat  
gratiæ tuæ larga bene<sup>+</sup>dictio, vt cum sa-  
lubritate vtentes eis, per gratiam tuam  
mereantur vasa effici munda, Per Dominū  
nostrum. &c. **Aspergātur aqua benedicta**

**BENEDICTIO IN PE-**  
*ste animalium.*

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Dñi.

**Resp:** Qui fecit cælum & terram.

**Ver:** Domine exaudi orationem meam.

**Resp:** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver:** Dominus vobiscum.

**Resp:** Et cum spiritu tuo.

**OREMVS.**

**M**isericordiam tuam Domine supplices  
exoramus, vt hæc animalia, quæ  
gravi infirmitate vexantur in nomine tuo  
atq; tuæ bene + dictionis virtute sanen-  
tur. Extinguatur in eis omnis diabolica  
potestas, & ne vltcrius ægrotent, tu eis  
Domine sis defensaculum vitæ, & reme-  
dium sanitatis. Per Dominum nostrum Ie-  
sum Christum, &c.

*MALEFICIORVM ET  
incantationum depulsio.*

**S**acerdos depulsurus eiusmodi malefi-  
cia, firma fide & integritate vitæ esse,  
& vel pridie tantum ieiunare, ipsa vero  
die depulsionis Missam accommodatam  
negotio celebrare debet.

**Ver:** Adiutorium nostrum in nomine Do-  
mini.

**Resp:** Qui fecit cælum & terram.  
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie e-  
leison.

**P**ater noster. **A**ue Maria. **C**redo.

**Ver:** Domine exaudi orationem meam.

**Resp** Et clamor meus ad te veniat.

**Ver:**

**Ver:** Dominus vobiscum.

**Resp.** Et cum spiritu tuo.

**OREMVS.**

**D**Eus cælorum, terræ, maris, & omnium  
quæ in eis sunt, conditor & modera-  
tor; qui Satanam extollentem sese aduer-  
sus mentem tuam, vnâ cum aëclis ipsius  
sicut fulgur de cælo præcipitasti; & mi-  
nistrorum eius magorum Pharaonis, Moy-  
si seruo tuo resistentium, incantationes &  
maleficia inefficacia reddidisti: te suppli-  
ces oramus, vt incantationes, præstigias,  
& maleficia huic famulo tuo (famulæ tuæ)  
vel ( loco ) vel ( his creaturis tuis ) im-  
proba fraude dæmonum ( meritis pecca-  
torum nostrorum fortassis ) intenta & in-  
flucta, omnipotenti virtute tua & clemen-  
ti bonitate dimoueas, auertas, & iudem  
inefficacia reddas, quo tyrannide eorum  
liberati, tibi Domino Deo nostro expedi-  
tius seruiamus, & nomen sanctum tuum  
studiosius celebremus. Per Dominum no-  
strum Iesum Christum, &c.

**OREMVS.**

**D**omine Iesu Christe fili Dei viui, qui de sinu Patris in terras descendisti, vt opera diaboli dissolueres, & discipulis tuis dedisti potestatem calcandi serpentes & scorpiones, te supplices precamur, vt eos ipsos antiquos serpentes atq; dracones diabolos, qui in hoc famulo tuo (hac famula tua) vel (in hoc loco) vel (in his creaturis tuis) tyrannidem sibi vsurpant, pedibus familiarum tuarum potenter subicias, & opera eorum, quae adducti incantationibus & maleficijs hominis mente corrupti, & sibi dediti, in perniciem serui tui (vel seruatorum tuorum) machinantur & exercent, Diuina clementia & virtute tua dissoluas, & inefficacia reddas. Qui cum eodem Patre & Spiritu Sancto Deus vnus regnas in secula seculorum. Amen.

*Exorcismus.*

**E**Xorcizo & adiuro vos maledicti diaboli, quicumq; & quotquot estis, qui incantationibus, maleficijs, & nefarijs artibus addicti vobis hominis adducti hominem hunc (vel locum hunc) vel (has Dei creaturas) perniciosè vexatis & exagitat: vt hinc statim cum omnibus praestigijs & maleficijs vestris discedatis, nec vllam vobis



vobis deinceps potestatem in hunc homi-  
nem (vel in hunc locum) vel (in has Dei  
creaturas) vsurpetis. Hoc autem non mea  
virtute, vel meritis vobis præcipio: sed in  
nomine Dei omnipotentis Pa<sup>+</sup>tris, & Fi-  
<sup>+</sup>lij, & Spiritus <sup>+</sup>Sancti: & in virtute  
sanctæ <sup>+</sup>crucis, & mortis Christi Domini  
nostri, per quam potestas omnis tenebra-  
rum, & tyrannis vestra in homines, & o-  
mnes creaturas Dei eneruata & exinanita  
est. Recedite ergo, & fugite hinc illico, &  
date locum Dei potentia dissoluentis o-  
pera vestra maligna per immensam mise-  
ricordiam suam. Increpet in vos digitus  
Dei, qui magorum Pharaonis incantatio-  
nes inefficaces reddidit, & cuius virtutem  
tunc agnouistis, cum Pauli Apostoli impe-  
rio vim vestram in Elymam magum &  
mancipium vestrum (ad cuius nutum mul-  
tis nocebatis) conuertistis, & cum in S.  
Iustinam incantante, & vos virgente Cy-  
priano nihil profecistis: sit super vos etiam  
nunc terror Dei omnipotentis, qui vos in  
ignem æternum præcipitaturus est: Pa<sup>+</sup>-  
ter, & Fi<sup>+</sup>lius, & Spiritus <sup>+</sup>Sanctus. A.

**His dictis aspergatur homo vel locus,  
vel pecora maleficiata, aqua benedicta, &  
suffi-**

*Infusu thuris, vel herbarum benedictarum  
Iustrentur siue incenseantur.*

*BENEDICTIO CON-  
tra omnes tempestates.*

**B**ene<sup>+</sup> dic Domine hanc nubem, quam  
ante me video: si quæ tempestas dx-  
monum in ea sit, & inualescere machine-  
netur, te Domino nostro Iesu Christo im-  
perante destruat, & in melius conuertat,  
sicut imperasti ventis & mari; & facta  
est tranquillitas; sic extendere digneris te  
iubente hanc nubem, ne nocere valeat  
hominibus, segetibus, fructibus terræ. Ex-  
tendas ergo eam Domine Iesu Christe ad  
loca innocua, & inhabitabilia sylvarum,  
eremorum, & locorum inhabitabilium, v-  
bi nec hominibus, nec feris nocere possit.  
Sicut extendisti manus tuas benedictas in  
ara crucis Deo patri tuo hostiam viuam  
immolando: Memento Domine Deus te-  
stamenti tui sancti, & dic Angelo percuti-  
enti: Cesset iam manus tua, vt non deso-  
letur omnis terra, & ne perdas omnem a-  
nimam viuentem: sicut iurasti Abraham  
seruo tuo, Isaac famulo tuo, & Iacob di-  
lecto



Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleis.  
Pater noster.

**Ver.** Et ne nos inducas in tentationem.

**Resp.** Sed libera nos à malo.

**Ver.** A porta inferi.

**Resp.** Libera Domine animas eorum.

**Ver.** Requiescant in pace.

**Resp.** Amen.

**Ver.** Dñe exaudi orationem meam. & c.

**Ver.** Dominus vobiscum. & c.

**Deinde assurgendo profequitur.**

**O R E M V S.**

**O**mnipotens sempiternè Deus, qui humano corpori animam inspirare dignatus es, dum te iubente pulvis redit in pulverem, tu imaginem tuam eidem corpori, virtute resurrectionis tuę reddendā, cum sanctis & electis tuis, æternis sedibus præcipias sociari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**Deinde defuncto in tumulum demisso Sacerdos aspergat illum aqua benedicta, & parum terrę iniiciendo dicat: De terra formasti me Domine & carne induisti me resuscita me in nouissimo die redemptor meus Domine. Ad vltimum canitur Salus Regina & c.**

# INDEX. RERVM.

- B**enedictio Salis ad vsum Baptismi.
- B**enedictio aquæ pro Baptismo.
- R**itus baptizandi vnum, vel plures.
- M**odus copulandi Matrimonio.
- M**odus introducendi mulieres post partum.
- M**odus communicandi infirmum.
- R**econciliatio sacrarum vestium.
- R**itus administrandi Extremam vñtionem.
- M**odus conficiendi aquam benedictam.
- B**enedictio Aucæ.
- B**enedictio potus.
- B**enedictio Auri, Myrrhæ, & Thuris: in festo Epipha.
- B**enedictio carniū. }
- B**enedictio ouorum. } in festo Paschæ.
- B**enedictio panis. }
- B**enedictio panis pro infirmis.
- B**enedictio nouorum fructuum.
- B**enedictio communis ad omnia comestibilia.
- B**enedictio segetum, & seminum:
- B**enedictio contra aues, vermes, mures, &c.

**B**ene

**B**enedictio herbarum & fructuum.  
**B**enedictio cuiuscunq; incensi.  
**B**enedictio lacticianorum.  
**B**enedictio pomorum & quorumlibet fru-  
 ctuum.  
**B**enedictio domus nouæ.  
**B**enedictio in peste animalium,  
**B**enedictio nouæ nauis.  
**B**enedictio retium.  
**B**enedictio aquarum & fluminum,  
**B**enedictio vasorum.  
**B**enedictio candelarum.  
**M**aleficiorum & incantationum depulsiō.  
**P**ro fuganda sterilitate mulierum.  
**C**onductus funeris communis.  
**B**enedictio cæræ  
**B**enedictio contra omnes tempestates.



**La V's** Es honor Reg **IC** a Lor **VMCV** m  
**C**ia regent **I** Reg **I**na par **I**ter  
**C**a **L**I gen **I** s q; po **LL**.

**FINIS.**

#  
Modus Introducendi Mulierem in Ec-  
clesiam Post nuptias

Sacerdos Superpelliceo et stola indutus in  
Ecclesia ante altare muliere constituta di-  
cat.

¶ Adjuvatorum nostrum in nomine Domini  
¶ Qui fecit celum et terram

Palm. 66

Deus misereatur nostri, et benedicat nobis:  
illuminet vultum suum super nos, et misereatur  
nostri. Ut cognoscamus in terra viam  
tuam in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus confiteantur  
tibi populi omnes terra dedit fructum suum

Benedicat nos Deus Deus noster benedicat nos  
Deus et metuant eum omnes fines terrarum.

Gloria Patri et Filio etc

Deinde dicit Psalm. 127 ut supra pag. 31

Beati omnes qui timeant Dominum etc

Deinde jubeat famulam cum socijs genuflecte  
re, et ipse stans dicat.

#  
Kyrie eleison. Christe eleison  
Kyrie eleison. Pater noster etc

V Et ne nos inducas in tentationem

R Sed libera nos a malo

V Salvam fac ancillam tuam

R Deus sperantem in te

V Nil proficiat inimicus in ea

R Et fluit iniquitatis non apponat nocere ei

V Esto ei Domine turris fortitudinis

R A facie inimici

V Domine exaudi orationem meam

R Et clamor meus ad te veniat

V Dominus vobiscum

R Et cum spiritu tuo

### ORATIO

Prostrande Domine famula tua dextram celestis auxilij ut te toto corde perquirat et quod digne postulat consequi mereatur. Per Dominum nostrum etc

Tunc sacerdos data in dextram eius extremitate hostie ducens eam in Ecclesiam dicat

Ingredere in domum Dei et adora Filium



Virginis, qui tibi fecunditatem proliis tribuere dignes  
 ipsum inquam Dominum nostrum Iesum Christum,  
 Mediatorem Dei et hominum, Qui cum Patre et Spiritu  
 S. vivit et regnat Deus in Saecula Saeculorum. Amen.

### OREMUS

Omnipotens sempiternus Deus, Creator Caeli et terrae  
 qui omnia de nihilo creasti, quique Adam protoplas-  
 tum de limbo terrae formasti, et Evam illi in adju-  
 torem dedisti eosque benedixisti, dicens: Crescite  
 et multiplicamini et replete terram. Ne respicias  
 ad peccata nostra sed ad finem Ecclesiae tuae.  
 Et benedixisti hanc famulam tuam,  
 una cum Marito suo et da ei fecunditatem. Lo-  
 bolis atque de rore caeli et de pinguedine terrae abun-  
 dantiam. Benedixi eis tam in domibus quam  
 in agris et ubique in jumentis et pecoribus omni-  
 umque Possessionibus et re familiari. Et tandem omni-  
 pietate, Castitate, et morum honestate, Ordinatos  
 in timore tuo perduc eos ad vitam aeternam.  
 Per Christum etc Amen.

Et benedictio Dei omnipotentis Patris  
 et Filij et Spiritus Sancti descendat super te et  
 maneat semper & Amen.

†

Hic aspergens illam aquam benedicta  
dicat

Per huius aquae aspersionem, Det tibi Domi-  
nus gratiam et benedictionem.

Modus Porrigendi Viaticum.

Omnia quae supra de Communione Infirmorum.  
praeter haec. sequentia.

Post illa Verba. Domine non sum dignus. dicat.

Accipe Frater (ve Soror) Viaticum Corporis  
Domini Nostri IESU Christi qui Te custodi-  
at ab hoste maligno et perducatur in vitam  
aeternam Amen.

deinde dicat.

Et Dominus, Vobiscum Et cum Spiritu Tuo.


OREMUS.


Domine Sancte Pater Omnipotens aeternus Deus.  
fideliter deprecamur ut accipientis Fratri Nostro (uel Sorori  
nostra) sacrosanctum Corpus Domini Nostri IESU Christi Filij  
Tui tam corpori quam animae prosit ad remedium  
sempiternum. Qui tecum vivit et regnat in unitate  
spiritus Sancti Deus per omnia secula seculorum Amen  
Deinde dicat Evangelij S. Marci ut supra.





1  
s  
oli  
am


ri  
li













BIBLIOTEKA  
WARMIŃSKIEGO SEMINARIUM DUCHOWNEGO  
„HOSIANUM”  
w Olsztynie

db 312

O-1/51

